Crux nostra timor domini est. Sicut ergo crucifixus quis iā non pro animi sui motu membra sua quoqꝫ mouendi vel conuertendi habet potestatē. ita ꝛ nos voluntates nostras ac desideria non secundū id quod nobis suaue est ac delectat ad presens. sed secunduꝫ legem domini quo nos illa constrinxerit applicare debemus. Et sicut is qui patibulo crucis affigitur. non iam presentia contēplatur. nec de suis affectationibus cogitat. non pro die crastino solicitudine curaqꝫ distenditur. nulla possidēdi cōcupiscentia permouetur. nulla superbia. nulla cōtentione. nulla emulatione succenditur. non de pꝛesentibus dolet iniurijs. non preteritaruꝫ iā recordatur. seqꝫ cū adhuc spirat in corpore cunctis elementis credit esse defunctū. illuc premittens sui cordis intuituꝫ. quo se non dubitat illico trāsituruꝫ. ita nos quoqꝫ timore dn̄i crucifixos oportet his omnibus idest non solū carnalib⁹ vicijs verū etiā ipsis elementis mortuos esse. illuc habentes oculos anime nostre defixos quo nos sperare debem⁹ momentis singulis migraturos. Hoc. n. mō mortificatas poterim⁹ vniuersas concupiscētias nostras ꝛ affectus habere carnales.

Quod renunciatio nostra nihil ꝓsit si ijsdē quib⁹ renunciauimus iplicemur. Cap. xxxvi.

Caue ergo ne quid aliquando eoꝝ resumas que renuncians abiecisti. ꝛ contra domini interdictuꝫ de agro euangelice operationis reuersus. inueniaris tunica tua qua te expoliaueras reuestiri. neqꝫ ad humiles terrenasqꝫ mundi huius concupiscentias ac studia reuoluaris. ꝛ contra euangelij mandatū de perfectionis tecto descendens. tollere aliquid presumas ex his que abrenuncians abdicasti. Caue ne parentū. ne affectionis pristine recorderis. ꝛ ad curas huius seculi solicitudinesqꝫ reuocatus. secūdū saluatoris sententiā ponens manū tuā super aratrū ꝛ aspiciens retro. regno celoꝝ aptus esse non possis. Caue ne quando supbiā quā nunc incipiēs ardore fidei ac pia hūilitate calcasti. cū ceperis psalmoꝝ vel ꝓfessionis hui⁹ quādā noticiam degustare. paulatī elatus resuscitare mediteris ac secūdū apl'i sententiā q̄ destruxisti iterū reedificans preuaricatorē cōstituas temetipsuꝫ. sꝫ potius vt in hac nuditate quā corā deo ꝛ angelis eius ꝓfessus es ad finē vsqꝫ ꝑdures. In hac quoqꝫ hūilitate ac patientia. qua vt susciperis i monasterio decē dieb⁹ prefori⁹ perseuerans multis lachrymis iplorasti. non solūmodo persistas. verū etiā proficias atqꝫ succrescas. Satis. n. miserū est vt cū debeas a rudimentis ac primordijs tuis ꝓuehi ꝛ ad perfectionē tendere. et ab ipsis icipias ad inferiora decidere. Nō. n. q cepit hec. sed q ꝑseuerat in his vsqꝫ in finē. hic saluus erit.

Quod diabol⁹ nr̄o fini semp isidiet. ꝛ nos ei⁹ caput iugiter obseruare debeam⁹. Cap. xxxvij.

Versut⁹. n. serpens calcanea nr̄a semper obseruat. idest insidiaꝫ exitui nr̄o. ꝛ vsqꝫ in finē vite nr̄e nos supplātare conatur. Et idcirco bene cepisse nihil ꝓderit. nec pleno feruore renunciatiōis arripuisse principia. si hꝫ congru⁹ et finis simil'r non cōmēdauerit atqꝫ cōcluserit. christiqꝫ hūilitas atqꝫ paupꝛtas quā nūc corā ipso ꝓfessus es vsqꝫ ad extremū vite quemadmodū arrepta est a te nō fuerit custodita. Qd vt possis iplere. tu ei⁹ capita. idest cogitationū principia semper obserua. ad seniorē scilicet mox ea dferens. Ita eni disces perniciōsa ei⁹ initia cōterere. si nihil ex eis seniori tuo erubueris reuelare.

De renūciant ꝓparatione aduersū tēptationes ꝛ de paucis imitandis. Cap. xxxviij.

Quapropter secundū scripture sententiam egressus ad seruiendū domino. sta i timore dei. ꝛ prepara animā tuā non ad requieꝫ. non ad securitateꝫ. non ad delitias. sꝫ ad tēptationes ꝛ angustias. Per multas eni tribulationes oportet nos introire i regnū dei. Angusta nāqꝫ ē porta ꝛ arta via q̄ ducit ad vitā. ꝛ pauci sunt q inueniunt eā. Considera ergo te de paucis ꝛ electis effectū. ꝛ ne exēplo ac tepore multitudinis refrigescas. sed viue vt pauci. vt cū paucis inueniri merearis in regno dei. Multi eni sunt vocati. pauci vero electi. ꝛ pusill⁹ est grex. cui cōplacuit patri hereditatē dare. Itaqꝫ non leue noueris esse peccatū. perfectionē professuꝫ quempiam ea que sunt imperfecta sectari. Ad quem perfectionis statū his gradib⁹ atqꝫ hoc ordine peruenit.

Quo ordine quis ad perfectionē valeat puenire. per quā de timore dei ad charitatē cōsequenter ascendat. cap. xxxix.

Principiū nr̄e salut eiusdēqꝫ custodia. sicut dixi timor domini est. Per hūc eni ꝛ initiū cōuersionis ꝛ vicioꝝ purgatio ꝛ virtutū custodia. his q ibuunꝫ ad viā ꝑfectiōis acqrit. Qui cū penetrauerit hōis mentē cōtēptū ei reꝝ oim parit. obliuioneꝫ parentum mundiqꝫ

ipsi⁹ gignit. horrorē. Contēptu aūt ac priuatione facultatū oim. hūilitas vā acgritur. Humilitas vero his indicijs pprobat. Prio si mortificatas in sese habeat oēs voluntates. Secūdo si nō solū actuū suo verūetiā cogitationū nihil suū celauerit seniorē. Tertio si nihil sue discretioni sed iudicio eius vniuersa cōmittat. ac monita ei⁹ sitiēs ac libenter ausculter. Quarto si in oib⁹ seruet obedientiā. mansuetudinē. ⁊ pacientie cōstantiā. Quito si non solū iniuriā inferat nulli. sed ne ab alio quidē sibimet irrogatā doleat atqꝫ tristet. Sexto si nihil agat nihil p̄sumat qd non vel cōmunis regula vel maiorū cohortant exēpla. Septimo si omni vilitate content⁹ sit. ⁊ se ad omia que sibi pcipiuntur velut operarium malum iudicauerit ⁊ indignum. Octauo si semetipsum cunctis inferiorem non superficie pronunciet labiorum. sed intimo cordis credat affectu. Nono si linguam cohibeat. vel non sit clamosus in voce. Decio si nō sit facilis ac promptus in risu. Talibus nanqꝫ indicijs ⁊ his similibus humilitas vera dinoscitur. Que cum fuerit in veritate possessa. confestim te ad charitatem que timorem non habet. gradu excellentiore perducet. per quā vniuersa que prius non sine pena formidinis obseruabas. absqꝫ vllo labore velut naturaliter incipies custodire. non iam contemplatione supplicij vel timoris vllius sed amore ipsius boni ⁊ delectatione virtutū.

Quod non debeat monachus exēpla perfectionis a multis expetere. sed ab vno vel paucis. Capitulū. xl.

Ad quod vt valeas facilius puenire exēpla tibi sunt imitationis ac vite perfecte in congregatione commorāti. a paucis immo ab vno vel a duobus non a pluribus expetenda. Nam preter id quod examinata vita atqꝫ ad purum excocta reperitur in paucis. etiā istud ex hoc vtilitatis accedit. qꝫ ad perfectionē propositi huius idest cenobialis vite diligentius quis vnius ibuitur ac formatur exemplo.

Quarū debilitatū similitudinē suscipere debeat qui in cenobio cōmoratur. Capitulū. xli.

Que omnia vt possis cōseq ⁊ sub hac regula spiritali perpetuo perdurare. tria hec in congregatione necessario custodienda sunt tibi. vt scilicet secundū psalmiste sniā ego aūt tanqꝫ surdus nō audiebā ⁊ sicut mut⁹ q nō apit os suū. ⁊ fact⁹ suā sicut hō nō audiēs ⁊ nō habens in ore suo icrepationē. tu quoqꝫ velut surdus ac mut⁹ ⁊ cecus incedas. vt absqꝫ illi⁹ ptemplatione q tibi fuerit ad imitandū merito pfectionis electus. vniuersa q̄cunqꝫ videris min⁹ edificationis habentia velut cecus nō videas. ne animatus eo qui hec agunt auctoritate vel forma ad id quod deterius est. ⁊ quod ante dānaueras. traducaris. Si inobedientem. si contumacē. si detrahentē audieris. vel secus qꝫ tibi traditū est aliquid admittentem. non offendaris. nec ad imitāduā eum tali subuertaris exemplo. sed vt surdus qui hec penitus nec audieris vniuersa transmittas. Si tibi vel cuiqꝫ conuicia. si irrogantur iniurie. esto imobilis. ⁊ ad responsionem talionis vt mutus ausculta. semper hunc psalmiste versiculū in corde tuo decantans. Dixi custodiā vias meas vt non deliquā in ligua mea. Posui ori meo custodiam. cum consisteret peccator aduersū me obmutui ⁊ humilitatus sū ⁊ silui a bonis. Verū ⁊ quartum hoc pre omibus excole quod hec que supra diximus tria ornet atqꝫ cōmendet. idest vt stultum te secundū apostoli sententiam facias in hoc mundo vt sis sapiens. nihil scilicet discernēs nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata sed cum omni simplicitate ac fide obedientiā semper exhibeas. illud tantūmodo sanctū. illud vtile. illud sapiens esse iudicans. quicqd tibi vel lex dei. vel senioris examen indixerit. Tali eni istitutione fundatus. sub hac disciplina poteris durare perpetuo. ⁊ de cenobio nullis tēptationib⁹ inimici. nullis factionib⁹ deuolueris.

Quod bonum patientie sue nōn debeat monachus de alio sperare virtute. sed de sua lōganimitate. Cap. xlij.

Ergo patientiam tuā non debes de aliorū sperare virtute. id ē vt tunc eā tantūmodo possideas cū a nemine fueris irritatus. quod vt possit non euenire. tue non subiacet potestati. sed poti⁹ de humilitate tua ⁊ longanimitate. que in tuo pendet arbitrio.

Recapitulatio expositionis per quam monachus ad perfectionē possit ascendere. Capitulū. xliij.

Et vt hec omnia que latiori sermone digesta sunt cordi tuo facilius inculcentur ac tenacissime tuis sensibus valeant inherere. quoddā ex his breuiariū colligā. p qd possis breuitate ⁊ cōpendio mādato memorit vniuersa pplecti. Audi ergo paucis ordinē p quē ascēdere ad pfectōē sūmā sine vllo labore ac difficultate valeas. Pricipiū nr̄e salutꝫ sapientieqꝫ secūdū scripturas tior dñi ē. De tiore dñi nascit pūctio salutarꝫ. De pūctōe cordis pcedit abrenūciatio. i. nuditas ⁊ ptēpt⁹ oiū facultatū. De nuditate hūilitas pcreat. De humilitate mortificatio voluntatū generat. Mortificatione volūtatū extirpat atqꝫ marcescunt vniuersa vicia. Expulsione vitiorū virtutes fructificant atqꝫ succrescunt. Pullulatione virtutū puritas cordis acgritur. Puritate cordꝫ aplice charitatꝫ pfectio possidet.

Explicit de istitutꝫ renūciātiū liber quart⁹

Incipit liber qnt⁹ de spiritu castrimargie. Transitus de institutis cenobiorum ad colluctationez octo principaliū vicioꝝ: Cap. i.

Quintus nobis iuuante deo liber iste ꝓcudit. Nam post quatuor libellos q̄ super institutis monachoruz digesti sunt. nunc arripere colluctationē aduersus octo principalia vicia vestris oratiōib⁹ domino confortante dispōimus. idest primū castrimargie que interpretatur gule concupiscentia. secundū fornicationis. tertium philargyrie quod intelligit̄ auaricia vel vt ꝓpri⁹ exprimat̄ amor pecunie. quartū ire. quintum tristicie. sextū accidie quod est anxietas siue tedium cordis. septimū cenodoxie. quod sonat vana seu inanis gloria. octauū superbie. Quē ieiunies agonem tuis precibus o beatissime papa castor nūc impensi⁹ indigem⁹. vt primuz naturas eoruz taz minutas taz occultas tanq̄ obscuras inuestigare condigne. deinde causas eorundez sufficienter exponere. tertio vt idoneas curationes eoruz ac remedia possimus inferre.

¶ Quod cause viciorū sicut in omnibus immorantur ita ab omnibus ignorantur. ꝛ quia ad manifestandas eas domini egeamus auxilio. Capitulū. ij.

Quarum passionū cause quemadmodū patefacte fuerint traditionibus senioꝝ ab omnibus protinus agnoscuntur. ita priusq̄ reuelentur cū ab ipsis vniuersi vastemur ꝛ in cunctis hominibus immorentur ab omnib⁹ ignorantur. Uerum eas ita nos aliquatenus explicare posse confidimus. si intercessionibus v̄ris ad nos quoq̄ ille qui per ysaiam prolatus est sermo domini dirigatur. ego ante te ibo ꝛ potentes terre humiliabo. portas ereas confringam ꝛ vectes ferreos conteram. ꝛ aperiam tibi thesauros absconditos ꝛ archana secretorum. vt nos quoq̄ verbum dei precedens. primū terre nostre potentes humiliet idest has easdez quas expugnare cupimus noxias passiones. dominationēz sibi ac tyrānidem seuissimam in nostro mortali corpore vendicantes. easq̄ faciat indagini nostre atqz expositioni succūbere. ꝛ ita nostre ignorationis portas effringens. ac viciorum vectes excludentium nos a vera scientia conterens. ad secretorū nostrorum nos archana perducat. ac secundum apostolum illuminatis nobis reuelet ea que sunt abscondita tenebrarum ꝛ manifestet consilia cordium. vt sic ad terras viciorum tenebras purissimis oculis anime penetrantes. patefacere eas ac producere possimus ad lucem. earūq̄ causas atqz naturas his vel qui caruerunt eis vel adhuc obligati sunt pandere valeamus: ꝛ ita secundum prophetam transeuntes per ignem viciorum dirissime nostras exurentium mentes. confestiz per aquas quoq̄ virtutū extinguentiū scilicet ea trāsire possimus illesi. ac spiritalibus remediis irrigati ad refrigeriū pfectiōis puritate cordis mereamur educi.

¶ Quod prima nobis collnctatio sit aduersus spūz castrimargie. i. ꝯcupiscētiā gule. Cap. iij.

Itaq̄ primū nobis ineunduz certamē est aduersus castrimargiā quā diximus gule esse concupiscentiaz. Et in primis de modo ieiuniorū ꝛ escarū qualitate dicturi. rursus ad egyptiorū traditiones ac statuta recurremus. quibus sublimiorem continentie disciplinā ꝛ pfectā discretōis inesse rationē nullus ignorat.

¶ Testimoniū abbatis ātonij quo docet vnāquāq̄ v̄tutē ab illo q̄ eā peculiari⁹ possidet expetēdā. Capitulū. iiij.

Uetus nanq̄ est beati Antonij admirabilisq̄ sententia. monachum qui post cenobiale propositūz fastigia nititur sublimioris perfectionis attingere. ꝛ apprehenso discretionis examine. proprio iam potens est stare iudicio. atq̄ ad arcem anachoreseos peruenire. minime debere ab vno q̄uis summo vniuersa genera virtutum expetere. Alius enim scientie floribus exornatur. alter discretionis ratione robustius cōmunitur. alter patientie grauitate fundat̄ alius humilitatis: alius continentie virtute prefertur: alius simplicitatis gratia decoratur. Hic magnanimitatis: ille misericordie: iste vigiliaruz hic taciturnitatis: ille laboris studio superemiet ceteris. Et idcirco monachuz spiritalia mella cōdere cupientem. velut apem prudentissimam debere vnamquanq̄ virtutem ab his qui eam familiarius possidēt deflorare. ꝛ ī sui pectoris vase diligenter recondere: ne quid minus aliquid habeat discutere. sed hoc tantum quid virtutis habeat cōtēplari studioseq̄ decerpere. Cunctas nāq̄ si ab vno volum⁹ mutuari: aut difficile aut certe nunq̄ idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri. Quia licet necdū christuz omnia factū secundū apostolū videam⁹ in oibus: tn̄ hoc modo possum⁹ euz. i. ꝑ partes in oibus inuenire. De ipso. n. dicit̄ qui factus est nobis ex deo sapiētia: iustitia: sanctitas ꝛ redēptio. Dū ergo in alio sapiētia: ī alio iustitia: ī alio scitas: in alio māsuetudo: ī alio castitas: in alio hūilitas: in alio patiētia repit̄: mēbrati christus p̄ vnunquēq̄ nunc sanctorū diuisus ē. Cōcurrentib⁹ vero vniuersis ī vnitatē fidei ac virtutū. reddit̄ in virū pfectū: plenitudinē sui corporis in singuloꝝ mēbroꝝ cōpage ac ꝓprietate pficiēs. Donec ergo veniat illō tēpus quo sit de⁹ oīa ī oīb⁹. in p̄nti potest hoc quo diximus mō. i. ꝑ ptes virtutū eē in oīb⁹ de⁹: licet nūdū ꝑ plenitudinē earuz oīa sit in oīb⁹. Quia licet vnus religiōis n̄re sit finis: ꝓfessiones tn̄ diuerse quib⁹ ad deū tendim⁹: sicut in collationib⁹ senio-

ruz plenius disputandū est. Ideoq̧ discretoīs ⁊ continentie forma ab his est nobis peculiari expetenda. a quib⁹ virtutes has p̄ gratiaz spūssancti vberius videmus effluere: nō quod vllus que in multos diuisa sūt solus possit acquirere. s₃ vt ī his bonis quoꝝ capaces esse possumus ad eorum nos imitationē q̄ ea peculiarius obtinuere tendam⁹.

Quod nō possit ab oīb⁹ vniformis ieiunioꝝ regula custodiri. Cap. v.

Tanq̧ super ieiunioruz modo haud potest facile vniformis regula custodiri: quia nec robur vnuz cunctis corporib⁹ inest: nec sicut cetere virtutes animi solius rigore patrantur. Et idcirco quia non in sola fortitudine mentis animeq̧ consistunt. cū corporis. n. possibilitate participant. talez super his diffinicionē traditam nobis accepimus. diuersum esse refectionis quidem tempus ac modum ⁊ qualitatē. pro impari scilicet corporum statu vel etate ac sexu: vnam tamen esse omnibus pro mentis continentia ⁊ animi virtute castigationis regulam. Neq̧ enim cunctis possibile est hebdomadibus protelare ieiunia: sed ne triduana quidem vel biduana inedia refectionez cibi differre. A multis quippe egritudine ⁊ maxime senio iaz defessis: ne vsq̧ ad occasum quidem solis ieiunium sine afflictiōe toleratur. Non omnibus infusoruz leguminū esus conuenit eneruatus: nec cunctis purorum olerū habilis est parsimonia: nec vniuersis sicci panis refectio castigata conceditur. Alius quantitate librarum duarum saturitatē non sentit: alius libre vnius siue vnciaruz sex edulio pregrauatur: attamen vnus in omnibus his continētie finis est. ne q̄s iuxta mēsuraz capacitatis sue saturitatis oneretur ingluuie. Nō eniz qualitas sola sed ēt quātitas escarū. aciez cordis obtundit. ac mente cum carne pariter ipinguata noxiū vicioruz fomitem igneumq̧ succendit.

Nō nō solo vino mēs inebriet. Capitulū. vi.

Quibuslibet escis refect⁹ venter seminaria luxurie parit: nec p̄ualet mēs discretionū gubernacula moderari. ciboruz pondere. p̄focata. Nō. n. sola crapula vini mētē inebriare ɔsueuit: verūetiā cunctaꝝ escaꝝ nimietas vacillātē eā ac nutabūdā reddit. oīq̧ ītegritatis ac puritatis ɔtēplatōe dispoliat. Sodomitis causa subuersiōis atq̧ luxurie. nō vini crapula. s₃ saturitas extitit panis. Audi dn̄m p̄ p̄phetā hierusalē icrepātē. Quid. n. peccauit soror tua sodoma: nisi q̄r panē suū ī saturitate ⁊ abūdātia comedebat. Et q̄r p̄ saturitatē pāis iextriguibili carnis fuerāt ardore succēsi: iudicio dei celit⁹ sūt igne sulphureo cōcremari. Qō si illos sola nimietas panis ad tā p̄ruptū flagicioꝝ p̄cipitiū vicio satietatis ipegit: q̄d cēsendū ē de his q̄ vegetato corpore p̄ceptōez carniū ac vini imoderata vbertate p̄sumūt. nō quātū expetit ībecilitas. sed quātū animi libido suggerit vsurpantes.

Qua rōne infirmitas carnis puritatē cordis nequeat īpedire. Cap. vij.

Infirmitas carnis ad puritatē cordis n̄ officit: si hec tātūmodo q̄ fragilitas carnis nō que voluptas exigit vsurpentur. Facili⁹ vidim⁹ viros q̄ ab escis corpulentiorib⁹ oīmodis tēperarent. q̄̄ moderate vsos pro necessitate concessis: ⁊ qui totū sibi pro cōtinētie amore denegarent. q̄ qui eas sub infirmitatis occasione sumēres mensurā sufficientie custodirent. Habet ēt corporis ībecilitas cōtinētie sue palmā. dū mō escis defectiōi carnis idul̄t̄ adhuc indigentē se refectiōe defraudet. tn̄q̧ esus īdulgeat quātū sufficere ad viuēdi vsuz tēpantie discretio rigida iudicauerit. nō quātū desiderij appetit⁹ exposcit. Esculētiores cibi vt p̄curāt corporis sanitatem ita castitat̄ nō adimūt puritatē: si cū moderatiōe sumant. Quicquid eniz fortitudinis causa esu eorum percipitur: egritudinis labore ac defectione consumitur. Quamobrez vt nulli statui virt⁹ parsimonie adimitur: ita ne integritat̄ q̄dē consūmatio denegatur.

Quo p̄fecte cōtinētie fine esca sumēda sit. Capitulū. viij.

Certissima ē itaq̧ patrū p̄batissimaq̧ sētēria. ieiuniorum ⁊ ɔtinētie modum nec mensura parcitatis tantum ⁊ castigatione consistere ⁊ hunc esse perfecte virtutis ī commune omnibus finē. vt ab escis quas sumere sustētādi corporis necessitate cōpellimur. adhuc in appetitu eaꝝ positi tēpem⁹. Quāuis. n. q̄s corpore sit ī firm⁹: p̄fectā virtutē quā robust⁹ ac san⁹ ī oībus possidebit: si desideria q̄ fragilitas carnis nō exigit. mētis rigore castiget. Apostolus nāq̧ ait. Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Nō ergo curā eius oīmodis interdixit: sed vt in desiderijs fieret. denegauit. Voluptuosaz ademit diligentiam carnis: gubernationem vite necessariā non exclusit: illud ne indulgentia carnis ad desideriorum occupatōes noxias deuoluamur: hoc vero ne corruptum nostro vicio corp⁹ spiritales ac necessarias functiones iplere nō possit.

De mensura castigationuz assumendaruz remedioq̧ ieiunij. Cap. ix.

Summa igitur continentie nō sola temporis ratione nec escarum qualitate tātummodo. sed ante omnia conscientie iudicio colligenda est. Tantum enim debet vnusquisq̧ sibi frugalitatis indicere. quantum corporee obluctationis pugna deposcit. Utilis quidē ⁊ omnimodis obseruanda est canonica ieiunioꝝ custodia: s₃ nisi hanc frugi temperāter. fuerit ciborū refectio subsecuta. ad itegritat̄ calcem nō poterit peruenire. Longoruz nanq̧ ieiuniorum inedia saturitate corporis subsequente. lassitudinez

potius temporalez q̄ puritatez castitatis acqui rit. Integritas mētis ventris coheret inedie. Nō habz ppetuaz castimonie puritatez. quisqs nō iugē temperantie equalitatem tenere cōtentus est. Quāuis .n. districta sint ieiunia. succedēte tn̄ supflua remissione vacuantur. z i castrimargie viciuz protinus collabuntur. Melior est rationabilis cū moderatione quotidiana refectio. q̄ p iterualla arduum longumq3 ieiuniū. Nouit imoderata inedia nō modo mentis labefactare cōstantiam: sed etiam orationuz efficaciaz reddere lassitudine corporis eneruatam.

Ad cōseruandā mētis z corporis puritatē abstinētiā cibor nō posse sufficere. Cap. x.

Ad integritatem mentis z corporis cōseruandam abstinentia ciborum sola nō sufficit: nisi fuerit cetere quoq3 virtutes anime coniugate. Humilitas igitur primit⁹ obedientie virtute. z cordis ɔtritione. corporisq3 fatigatione discenda est. Pecuniarum nō soluz vitāda est possessio: sed etiam desiderium earū radicitus extirpandum. non enim eas sufficit nō habere: quod plerūq3 solet etiaz ex necessitate descēdere: sed ne ipsam quidez si forte oblate fuerint habendi recipere voluntatem. Ire conterēdus est furor: tristicie supanda delectio: cenodoxia idest vana gloria cōtemnēda. Superbie calcandus est fastus: mētis quoq3 ipsius istabiles vagiq3 discursus assidua dei memoria refrenandi. Totiesq3 nobis est ad contemplationez dei lubrica cordis nostri peruagatio reducenda: quotiens subtilis hostis ab hoc intuitu mentem captiuare pertēptās. recessibus nostri cordis irrepserit.

Concupiscentias cordis nō extingui nisi cuz omni extirpatione viciorum. Ca. xi.

Impossibile nanq3 est extigui ignita corporis incentiua. priusq3 ceterorū quoq3 principaliuz viciorum fomites radicitus excidantur: de quibus singillatī distictis libellis suo loco donante domino diseremus. Nūc vero propositum nobis est de castrimargia. idest gule concupiscentia. cōtra quam nobis primus cōflictus est disputare. Nunq̄ igitur poterit ardētis concupiscentie stimulos inhibere. quisqs desideria gule refrenare nequiuerit. Interioris hoīs castitas. virtutis huius consūmatione discernitur: nunq̄ eni robustiorib⁹ emul' colluctari posse cōfidas. eum quem in leuiore conflictu conspexeris ab infirmioribus paruisq3 superari. Cunctarum nanq3 virtutum vna natura est. licet in multas diuidi species z vocabula videatur. sicut auri quoq3 vna substantia est. licet per multa variaq3 monilium genera pro artificum videatur ingenio ac voluntate distincta. Itaq3 nullā pfecte possidere. probabitur. quisq3 elisus in earuz parte dinoscitur. Quo eni modo flagrantes estus concupiscētie. qui non sola instigatione corporis: sed etiam mētis vicio succēdūtur extinxisse credendus est. qui aculeos ire cordis solius itemperantia prūpentes mitigare nō potuit. Aut quonā modo putandus est carnis aieq3 lasciuientes stimulos retūdisse. qui superbie viciuz simplex nō quiuit deuincere. Aut quēadmodū credendus est insertaz carni luxuriaz cōculcasse. qui pecuniarū cōcupiaz forisecus sitaz atq3 a nostra substantia alienaz nō valuit abdicare. Qua aūt ratione belluz carnis z anime triūphabit. qui idoneus nō fuit morbuz curare tristicie. Quātalibet vrbs sublimitate murorū z clausarū portaruz firmitate muniatur. posterule vnius q̄uis paruissime proditione vastabitur. Quid eni differt vtrū p excelsa menia z ampla portaruz spacia. an p angusti cuniculi latibula pniciosus hostis penetrabilib⁹ ciuitatꝭ irrepat.

De agone carnali z spiritalis agōis imitationem esse sumendam.

Capitulum. xij.

Qui in agone cōtendit. non coronabitur nisi legitie certauerit. Qui naturales appetitus carnis optat extinguere: extra naturaz vicia collocata primitus superare festinet. Si eniz aplīce sententie viz volumus experiri. que sint agonis mūdani leges ac disciplina p̄mitus debemus agnoscere: vt ita demuz harū cōparatione scire possimus quid nos i spiritali agone certantes beatus apl'us hoc exemplo voluerit edocere. In illis enim certaminibus q̄ ſm eundē aplm corruptibilez coronaz vincentibus parant. mos iste huatur: vt is qui se ad gloriosaz coronaz z imunitatis priuilegio decorataz preparare contendit. z perfecta cupit agonis subire certamina. prius in olympiacis ac pithijs certaminibus idolem sue iuuentutis ac rudimentorum robur ostēret. In his siquidem iuniores qui has discipliās cupiunt profiteri. vtrum mereanꝭ vel debeant ad eas admitti. tā eius qui istis certaminibus presider. q̄ totius populi iudicio cōprobātur. Cunq3 diligenter examinatus quis primū repertus fuerit nulla vite respersus infamia: deinde nō seruitutis iugo ignobilis. z ob hoc idignus discipliā hac vel congressu eorum qui hanc profitentur fuerit iudicatus: tertio si artis: si fortitudinis digna preferat documenta: z iunioribus coeuisq3 decertās peritiaz pariter ac virtutem sue demonstrauerit iuuentutis. ac proficiens de epheborum luctamine. perfectis iaz viris z experientia longa probatis cōgredi permissus fuerit presidentis examīe: seq3 non soluz parez virtutis eorum assidua colluctatione probauerit. verūetiaz frequenter inter hos quoq3 victorie palmam fuerit consecutus. tū demuz ad agonis preclara certamina merebitur peruenire: in quibus non nisi victoribus tantuz: z his q multarū coronarum stipendijs decorati sunt facultas conceditur decertandi. Si intelleximus carnalis agonis exemplū. spiritalis quoq3

certaminis que disciplina vel ordo sit. cōparatione huius debemus agnoscere.

¶ Quod nisi gule fuerimus vicio liberati nequaquam possimus ad pugnas interioris hominis peruenire. Ca. xiij.

Oportet nos quoque primum libertatē nostrā carnis subiectione mōstrare. A quo enim quis vincitur. eius et seruus addicitur. Et omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Cumque nos nulla concupiscentie turpis respersos infamia examen certamini presidentis inuenerit: nec fuerimus ab eo vt serui carnis et ignobiles indignique olympiacis viciorum colluctationibus iudicati. tunc poterimus cōtra coeuos nostros idest concupiscentiam carnis et motus ac perturbationes anime inire certamen. Impossibile nanque est saturum ventrem pugnas interioris hominis experiri: nec bellis robustioribus attēptari dignū est eū qui potest deijci leuiore conflictu.

¶ Quomodo possit gule ɔcupiscētia superari. Capitulum. xiiij.

Prima enim nobis calcanda est gule concupiscentia. et eo vsque extenuanda mens non solum ieiunijs verūetiam vigilijs. lectione quoque et crebra cōpunctione cordis in quibus se forsitan vel illusam vel victam reminiscitur: ingemiscens nunc horrore viciorum: nunc desiderio perfectionis et integritatis accensa. donec eiusmodi curis ac meditationibus occupata pariter ac possessa. ipsius cibi refectionem nō tam iocunditati cōcessam quam oneris vice sibi impositā recognoscat. magisque eam necessariam corpori quam desiderabilem anime sentiat attributam. Quo studio mētis et iugi compunctione detenti. lasciuiam carnis que fotu escarum vehementius insolescit. et aculeos eius noxios retundemus: atque ita fornacē corporis nostri que a rege babilonie occasiones peccatorū et vicia nobis iugiter subministrante succēditur. quibus napte et picis vice acrius exuramur. vbertate lachrymarum et fletu cordis poterimus extinguere: donec dei gratia spiritu oris sui i cordibus nostris insibilante estus carnalis concupiscentie penitus valeant consopiri. Hec est igitur nobis prima contentio. hec nostra velut in olympiacis certaminibus prima probatio: gule ventrisque concupiscentiam desiderio perfectionis extinguere. Ob quod ciborum non solū superfluus appetitus virtutum contemplatione calcandus: sed etiā ipsi nature necessarius tanquam castitati contrarius. non sine cordis anxietate sumendus est. Et ita demum vite nostre instituendus est cursus: vt nullum magis sit tempus quo sentiamus nos a spiritalibus studijs reuocari. quam quo descendere ad necessariā corporis curam eius fragilitate compelimur. Cūque ad hanc necessitatem sūmittimur. vsui potius vite quam mentis desiderio famulātes quātotius ab ea velut a salutaribus nos studijs retrahente subtrahi festinemus. Nequaquam enim poterimus escarū presētium spernere voluptates: nisi mens cōtemplationi diuine defixa amore virtutum potius et pulchritudine celestium delectet. Et ita quis velut caduca despiciet vniuersa presentia: cum ad ea que imobilia sunt et eterna. inseparabiliter defixerit mentis obtutum. adhuc i carne positus future cōmorationis beatitudinem iam corde cōtemplās.

¶ Quomodo ad custodiendam cordis sui puritatē mōachus semper debet esse itentus. Ca. xv.

Velut siquis imania virtutum premia in sublimi quibusdam paruis indicijs designata. perspicacissimis oculorum obtutibus cū teli directione tendēribus ferire festinet: sciēs imensam glorie palmam et remuneratiōis premia i eorum confixione cōsistere. oculorum aciē ab omni intuitu auertēs. illuc dirigat necesse est. Vbi sūmam remunerationis et premij perspicit collocatam: amissurus proculdubio peritie palmam et remunerationem virtutis. si quātulūcūque contēplationis eius acies deuiauerit.

¶ Quod monachus scōm olympiaci certaminis morē nō possit spiritales cōficere pugnas. nisi obtinuerit bella carnalia. Ca. xvi.

Itaque ventris et gule concupia hoc intuitu supata. nec sui carnis. nec ifames viciorum nota pronunciati. velut i olympiacis disciplinis iudicabimur superiorum quoque certaminū digni esse cōflictu: premissisque huiuscemodi documētis. spiritalibus quoque nequitijs cōgredi posse credemur: que nō nisi victoribus tantū et his qui merētur in spiritali agone contendere cōcertare dignantur. Illud enī est cunctorū luctaminū velut quoddam solidissimum fundamentum: vt primitus carnalium desideriorum incentiua perimātur. Nam nullus carne propria nō deuicta legitime decertare poterit. Et qui legitime nō decertat: sine dubio nec in agone confligere. nec corone gloriam victorie gratia poterit promereri. Quod si hoc fuerimus vicio superati. velut serui carnalis concupiscentie comprobati. et per hoc nec libertatis nec roboris insignia preferentes. a spiritaliū congressionū conflictu. vt indigni sui nō sine cōfusionis nota ptinus repellemur. Omnis enim qui facit peccatum seruus est peccati. Diceturque nobis per beatū apl'm cū his inter quos fornicatio nominat. Tēptatio vos nō apprehēdit. nisi humana. Nō enim merebimur mētis robore cōquisito grauiores pugnas nequitiarū celestium experiri: qui carnē fragilē resistentem spūi nostro subiugare nequiuimus. Quod apostoli testimoniū nō itelligētes qdā posuerūt pdicatiuo optatiuū modū. i. temptatio vos nō apprehendat. nisi humana. Quod ab ipso magis dici manifestum est non optantis sed pronunciantis vel exprobrantis affectu.

¶ Quod fundamentum ac basis spiritalis agonis

in castrimargie sit certamine collocata.

Capitulum. xvij.

Vis audire veruz athletam christi legitimo agonis iure certãtez. Ego igitur inquit sic curro. non quasi in incertum. sic pugno non quasi aerez verberans. sed castigo corpus meuz et seruituti subijcio ne alijs predicans ipse reprobus efficiar. Uides vt i semetipso idest in carne sua colluctationum sũmaz velut in base quadam firmissima statuerat. et prouentũ pugne in sola castigatione carnis et in subiectione sui corporis collocarat. Ego itaque sic curro non quasi i incertuz. Non currit in incertuz. qui celestem hierusalez conspiciens desirum habet quo sibi cordis sui indeflexibilis sit dirigẽda pernicitas. Nõ currit in incertum qui obliuiscens posteriora. ad ea que priora sunt extendit se. ad destinatuz persequens brauium superne vocationis dei in christo iesu. quo sẽper dirigens sue mentis obtutuz. et ad euz omni cordis preparatione festinans cum fiducia pclamat. Bonũ certamẽ certaui. cursuz osumaui fidẽ seruari. Et quia se nouerat post odorẽ vnguentorum christi prepeti conscientie deuotione infatigabiliter cucurrisse. et spiritalis agõis certamen carnis castigatione vicisse cum fiducia infert et dicit. De cetero reposita est mihi corona iusticie. quaz reddet mihi dominus i illa die iustus iudex. Et vt nobis quoque similez spez retributionis apiret. si in agone cursus istius imitari euz velimus. adiecit. non solum autez mihi sed et omnibus qui diligunt aduentum eius. participes nos cordẽ sue i die iudicij fore pronuncians. si diligentes aduentuz christi. non illum tantũ qui etiaz nolentibus apparebit. sed etiam hunc qui quotidie in sanctis cõmeat animabus. victoriam certaminis castigatione corporis acquiramus. De quo aduentu dominus in euangelio Ego inquit et pater meus veniemus ad euz. et mansionez apud eũ faciemus. Et iterum. Ecce sto ad ostium et pulso. siquis audierit vocem meaz et aperuerit ianuã. introibo ad illuz et cenabo cũ illo et ipse mecũ.

¶ Per quot genera certaminuz atque palmaruz beatus apostolus ad coronã sublimissimi agonis ascenderit. Ca. xviij.

Ec tamen agonem cursus tantummodo se consumasse describit cuz dicit. sic curro non quasi in incertuz. quod specialiter refertur ad intentionez mentis et feruorẽ spiritus sui. quo toto christuz sequebatur ardore cũ sponsa decantãs. post te in odorẽ vnguentorum tuoruz curremus. et iteruz. adhesit anima mea post te sed etiaz aliud colluctationis genus se vicisse testatur dicens. Sic pugno non quasi aerem verberans. sed castigo corpus meũ et seruituti subijcio. Quod proprie ad continentie dolores et corporale ieiuniuz atque afflictionez carnis pertinet. per hanc se pugilẽ quẽdam strenuuz sue carnis esse describens. nec in vanuz aduersus eam ictus continentie exercuisse designans. sed triũphum pugne mortificatione sui corporis acquisisse. quo verberibus continentie castigato. et ieiuniorũ cestib9 elliso. victori spiritui imortalitatis coronaz et incorruptionis contulit palmam. Uides legitimũ colluctationis ordinem et spiritaliũ certaminuz cõtemplaris euentuz. queadmoduz athleta christi adeptus de rebelatrice carne victoriaz. subiecta illa quodãmodo pedib9 suis. vt sublimis triũphator inuehitur. Et idcirco non currit in incertuz. quia confidebat vrbez sanctam hierusalẽ celestez se protinus ingressurum. Sic pugnat ieiunijs scilicet et afflictione carnali. non quasi aerem verberãs. idest inuanuz ictus cõtinentie porrigens. per quos non aerẽ vacuuz sed illos spiritus qui in eo versantur castigatõe sui corporis vberabat. Qui eni dicit. non quasi aerẽ verberans ostendit se et si non aerẽ vacuum et inanez. aliquos tamen i aere verberare. Et quia hec certaminuz genera superat. et ditatus multarũ coronaruz stipendijs icedebat. non imerito robustioruz incipit hostium subire luctamina. ac prioribus emulis triũphatis cũ fiducia proclamat et dicit. Jã non nobis ẽ colluctatio aduersus carnez et sanguinẽ. sed aduersus pricipatus. aduersus ptãtes. aduersus mũdi rectores tenebrarũ haruz. contra spiritalia nequitie in celestibus.

¶ Qd athlete christi donec in corpore cõmoratur pugna non desit. Ca. xix.

Athlete christi i corpore cõmorãti nũque deficit colluctationuz palma. sed quantomagis triũphoruz successibus creuerit. tanto ei etiã colluctationum robustior ordo succedit. Subiugata etenim carne atque deuicta. quante aduersariorũ cohortes. quanta hostium agmina aduersum victorez militem christi triũphis eius instigata consurgunt. scilicet ne pacis ocio miles christi lentescens icipiat obliuisci colluctationũ suarũ gloriosa certamina. ac securitatis inertia dissolutus. premioruz stipẽdijs ac triũphorũ meritis defraudetur. Itaque si ad hos triũphorũ gradus cupimus crescente virtute conscẽdere. eodẽ nos quoque ordine oportet preliorum inire certamia. et pmũ cũ aplo dicere. Sic pugno non quasi aerẽ verberãs. sed castigo corpus meũ et seruituti subijcio. vt hoc cõflictu superato. rursus cũ eo dicere possimus. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ et sanguinẽ. sed aduersus principatus. aduersus potestates. aduersus mũdi rectores tenebrarũ harũ. contra spiritalia nequicie in celestibus. Aliter eni congredi cũ illis nullo mõ poterim9. nec spiritales pugnas merebimur experiri. carnali deiecti conflictu. et colluctatiõe ventris elisi. meritoque nobis ab apostolo cũ exprobratione dicet. Temptatio vos nõ apprehẽdit nisi humana.

❡ Qd non debeat monachus sumendi cibi tempus excedere. si vult ad pugnas interiorum certaminum peruenire. Ca. xx.

Igitur monachus ad pugnas interiorũ certaminũ cupiens peruenire. hãc in primis cautionem sibimet idicat. vt non potus quicꝙ. non esus vlla oblectatione deuictus. ante stationem legitimaʒ cõmunẽcꝫ refectionis horaʒ. extra mensã percipere sibimet prorsus indulgeat. sed ne refectione quidem trãsacta. ex his presumere sibi quantuluncũcꝫ permittat. similiter quocꝫ canonicuʒ somni tempus mensurãcꝫ custodiat. Eodem nancꝫ studio iste sunt mẽtis amputande lasciuie. quo meretricationis vicium desecandum. Qui enim gule superfluos appetitus inhibere non potuit. quomodo estus carnalis concupiscentie valebit extinguere. Et qui non quiuit passiones in propatulo sitas paruascꝫ compescere. quemadmodũ occultas. nullocꝫ hominuʒ teste prurientes. moderatrice discretione poterit debellare. Et idcirco per singulos motus ⁊ in quolibet desiderio robur anime comprobatur. que si in minimis apertiscꝫ cupiditatibus superatur. quid in maximis ac fortioribus occultiscꝫ sustineat. vnicuicꝫ sua conscientia testis est.

❡ De interiori monachi pace ⁊ abstinentia spiritali. Ca. xxi.

Non enim est nobis aduersarius extrinsecus formidandus. ĩ nobismetipsis hostis inclusus est. Intestinum nobis quotidie ingeritur bellum. deuicto eo omnia que forinsecus sunt reddentur infirma. ac militi christi vniuersa pacata erunt ⁊ subdita. Non habebimus aduersarium nobis extrinsecus metuendũ. si ea que intra nos sunt spiritui deuicta subdãtur. Nec solum nobis istud ieiunium visibilium ciborum ad perfectionem cordis ⁊ corporis puritatẽ sufficere posse credam⁹ nisi fuerit huic anie quoqʒ ieiunium copulatum. Habet nancꝫ ⁊ illa suos noxios cibos. quibus impinguata etiam sine escarũ abundãtia ad luxurie prerupta deuoluitur. Detractio cibus eius est et quideʒ persuauis. Ira ẽt cibus eius est licet minime leuis. ad horaʒ tamen infelici eam esu pascens. ac pariter letali sapore prosternens. Inuidia cibus est mentis. virulentis eaʒ sucis corrumpens. ⁊ prosperitatis aliene successibus iugiter miseram excruciare non desinens. Cenodoxia idest vana gloria cibus eius ẽ. qui delectabili eam esca permulcet ad tẽpus. post vero vacuaʒ omnicꝫ virtute spoliatam reddet ac nudam. cunctis eam spiritalibus fructibus sterilẽ inanemcꝫ dimittens. ita vt non solum inanium laborum faciat merita deperire. verum etiaʒ supplicia maiora conquirat. Omnis concupiscentia ⁊ peruagatio cordis instabilis pastus quidaʒ est anime. noxijs escis eam nutriens. expertem vero celestis panis ac solidi cibi imposterum derelinquens. Ab his itacꝫ quãta nobis est virtus sacratissimo ieiunio continentes. vtileʒ habebimus cõmodãqʒ obseruantiaʒ ieiunij corporalis. Labor nãqʒ carnalis spiritus contritioni coniunctus. acceptissimuʒ deo sacrificiuʒ dignũqʒ sanctitatis habitaculuʒ puris mundisqʒ recessibus exhibebit. Ceterum si corporaliter ieiunantes perniciosissimis anime vicijs implicemur. nihil nobis proderit carnalis afflictio pciosiore parte polluta. per eaʒ scilicet substantiaʒ delinquẽtibus nobis qua efficimur habitaculum spiritussancti. Non enim tam corruptibilis caro. ꝙ cor mundum habitaculuʒ deo tẽplũqʒ spiritusancti efficitur. Oportet ergo exteriore homine ieiunante. interiorẽ quoqʒ similiter a cibis noxijs temperare. queʒ precipue exhiberi mundũ deo. vt hospiteʒ in se christuʒ recipere mereat. beatus apostolus mõet his verbis ĩ interiore inquiens homine habitare christuʒ per fidẽ in cordibus vestris.

❡ Qd idcirco nos oporteat exercere continentiã corporaleʒ. vt per ipsaʒ perueniamus ad spiritale ieiuniũ. cap. xxij.

Nouerimus itaqʒ nos idcirco laborẽ cõtinentie corporalis ipendere. vt ad puritateʒ cordis hoc possimus ieiunio peruenire. Ceterũ labor a nobis ipenditur in cassũ si hunc quideʒ contemplatione finis infatigabiliter sustentemus. finẽ vero propter queʒ tolerauimus afflictiones tãtas obtinere nequeamus. meliusqʒ fuit interdictis escis anime tẽperasse. ꝙ voluntarijs minusqʒ noxijs corporaliter ieiunasse. In his eniʒ simplex ⁊ innoxia creature dei pceptio est. nihil per semetipsaʒ habens peccati. in illa vero primitus fratruʒ perniciosa deuoratio. de qua dicit. Noli diligere detrahere. ne eradiceris. Et de ira atqʒ inuidia beatus iob dicit. Etenim stultum interficit iracundia. ⁊ paruulũ occidit inuidia Simulqʒ notandũ. ꝙ qui irascitur stultus. ⁊ qui inuidet paruulus iudicetur. Ille nanqʒ nõ imerito stultus iudicatur. voluntarie sibi morteʒ ire stimulis incitatus inducẽs. ⁊ hic dũ liuet. paruulũ minorẽqʒ se probat. Dũ eni inuidet. testatur maiorẽ esse eũ cuius prosperitate cruciatur.

❡ Qualis esse monachi cibus debeat. ca. xxiij.

Igitur est cibus eligendus non tantuʒ qui concupiscentie flagrantis estus tẽperet minusqʒ succedant. verũ etiam q ad parandũ sit facilis. ⁊ quẽ ad coemendũ oportuniorẽ vilioris precij cõpendiũ prestet. quiqʒ sit conuersationi fratrũ vsuiqʒ cõmunis. Triplex ei natura est castrimargie. Una que canonicã refectionis horã preuenire cõpellit. alia que tãtũmodo ventris ingluuie ⁊ saturitate quarũlibet gaudet escarũ. tertia que accuratioribus epulis ⁊ esculẽtioribus oblectat. Ideoqʒ aduersus eã necesse ẽ monachũ obsuãtiã triplicẽ custodire. idest vt primũ legitimũ tẽpus absolutionis expectet. de-

inde vt castiget ꝛ refrenet desideriū carnis. tertio vt qualibuscūq3 escis vilioribusq3 contentus sit. Quicquid eni extra consuetudinem presumitur vsūq3 cōmunē. vt vanitatis ꝛ glorie atq3 ostētationis morbo pollutū. antiquissima patꝝ traditio notat. nec quēq̄ ex his quos merito sciētie ac discretionis enituisse puidimus. vel quos ad imitandum gratia christi velut splendidissima luminaria omnibus prelocauit. esu panis q apud eos vilis habetur ac facilis. abstinuisse cognouimus. nec eoruz quēpiam qui hanc regulam declinātes. pretermisso panis vsu. leguminuz vel oleruz seu pomoruz refectionem sectati sunt. inter probatissimos habitū aliquando conspeximus. sed ne discretionis quidem aut sciētie gratiaz consecutū. Non soluz eni ceteras inusitatas escas expetere monachū non debere decernunt. ne videlicet cursus eius velut in propatulo cūctis expositus. inanis factus ac vacuus cenodoxie morbo depereat sed ne ipsā quoq̄ ieiunioruz castigationem cōmunem cuiq̄ facile patefieri oportere pronunciant. verum quantuz fieri potest contegi pariter ꝛ abscondi. Aduentantibus autē fratribus magis humanitatis ac dilectōis offerri debere vtutē. q̄ ɔtinentie districtionem ꝛ quotidiani propositi rigorem manifestari probabilius cēsuerunt. nec quid voluntas vtilitasq̄ nostra seu desiderij ardor exposcat attendere. sed quid aduenientis requies vel infirmitas exigit preponere ꝛ gratāter iplere.

Q̄d in egypto indifferenter vidimus sub aduētu nostro solui quotidiana eiiunia. Capitulum. xxiiij.

c Um de syrie partibus senioruz scita discere cupientes egypti prouintiaz petissemus. ibiq̄ tanta cordis alacritate nos suscipi miraremur. vt nulla prorsus sicut fueramus in palestine monasterijs instituti vsq̄ ad prestitutaz ieiunij horam refectionis regula seruaretur. sed absq̄ legitimis quarte sexteq̄ ferie. quocunq̄ pergebamus quotidiana statio solueretur. quidam senioruz percunctātibus nobis. cur ita indifferenter apud eos preterirētur quotidiana ieiunia. respondit. Jeiunium sēper est mecuz. Uos autē continuo dimissurus mecū iugiter tenere nō possuz. Et ieiunium quidem licet vtile sit ac iugiter necessariuz. tamen voluntarij muneris est oblatio. Opus autē charitatis impleri. exigit precepti necessitas. Jtaq̄ suscipiens in vobis christuz. reficere euz debeo. deducens autē vos humanitatem eius obtentu prebitā. districtiore ieiunio i memetipso potero cōpensare. Non eniz possunt filij sponsi ieiunare. donec cuz illis est sponsus. Cum autez discesserit. tunc illi ieiunabunt.

De continentia senis qui ita sexies cibuz sūpsit vt seruaret esuriem. Ca. xxv.

q Uidam senioruz cuz reficientem me vt adhuc paululū quid ederez hortaretur. iamq̄ me dixissem non posse. respondit. Ego iaz sexies diuersis aduenientibus fratribus mensaz posui. hortansq̄ singulos cū omnibus cibū sūpsi. ꝛ adhuc esurio. ꝛ tu primitus nunc reficiens. iam te dicis non posse.

De eo sene qui in cella sua escā nūq̄ solus accepit. Ca. xxvi.

v Idimus aliuz in solitudine cōmorantez qui nunq̄ se sibi soli indulsisse cibuz testatus est. sed etiaz si per totos quinq̄ dies ad eius cellulaz nullus e fratribus aduenisset refectionem iugiter distulisse. donec sabbatoꝝ vel dominico die deuote congregationis obtentu procedens ad ecclām peregrinoruz quēpiam repperisset. quē exinde reducens ad cellulā. consorte eo refectionem corporis non tam sue necessitatis obtentu q̄ humanitatis gratia causaq̄ fratris assumeret. Jtaq̄ vt norunt in aduentu fratrum indifferenter soluere quotidiana ieiunia. ita discedentibus eis refectionem ob illos indultam continentia maiore compensant. perceptionem cibi paruissimi acriore castigatione nō sola panis sed etiā somni ipsius diminutione durius exigentes.

Quid de fructu studij ꝓfessi sint abbas pesi⁹ ꝛ iohannes. Capitulum. xxvij.

a Pud senem pesium in heremo vastissima cōmorantem. cum senex iohānes magno cenobio ac multitudini fratrum prepositus aduenisset. ꝛ ab eo velut antiquissimo sodale pquireret. quidnā per omnes quadraginta annos quibus ab eodez separatus in solitudine minime a fratribus interpellatus egisset. nūq̄ me ait sol reficientem vidit. ꝛ ille. nec me inqt iratū.

Quam exempli sui professionē abbas iohannes discipulis reliquerit discessurus. Capitulū. xxviij.

e Undem senez cum alacrez tanq̄ ad propria transmigrantez. in extremo iam anhelitu posituz anxij fratres circūuallantes suppliciter precarentur. vt aliquod eis memoriale mandatuz velut hereditariuz quoddam legatū relinqueret. per quod possent ad perfectionis culmē precepti cōpendio facilius peruenire. Sumptum ad Galathas .5. c.
ingemiscens ille. nunq̄ ait meā feci voluntatē. nec quēq̄ docui quod prius ipse non feci. Sumptum Rom. 15. D.

De abbate machete inter collationes spiritales nunq̄ dormitante ꝛ semper inter terrenas fabulas obdormiente. Ca. xxix.

v Idimus senē machetez nomine a turbis fratrū emin⁹ cōmorantē. hāc a dño gratiā diuturnis precib⁹ ipetrasse. vt quotquot diebus ac noctibus agitaret̄ collatio spiritał. nunq̄ somni torpore penitus laxaretur. Si quis vero detractionis verbuz seu ociosuz temptasset inferre. in somnum protinus concidebat. ac sic ne vsq̄ ad aurium quidem eius pollutionem virus

obloauij poterat peruenire.

¶ Eiusdem senis de nemine iudicãdo.

Capitulum. xxx.

b Ic idem senex cuz institueret nos nemi nez diiudicare debere. intulit tria fuisse in quibus discusserit vel reprehenderit fratres. ꝙ scilicet vuaz sibi nõnulli paterentur ab scidi. ꝙ haberent in cellulis sagũ. ꝙ oleuz benedi centes exposcentibus secularibus darent. ⁊ hec omnia se incurrisse dicebat. Naz egritudinẽ vue contrahens. tandiu inquit eius languore distabui. donec tam doloris necessitate ꝙ̃ seniorum omniuz adhortatione cõpulsus abscidi eã permitterez. Cuius etiam infirmitatis obtentu sagum quoq3 habere coactus sum. Oleuz etiam benedicere ac supplicantibus dare. quod pre omnibus execrabar. vtpote iudicans illud ex magna cordis presumptione descendere. circũdantibus me repente secularibus multis. ita constrictus sum. vt aliter eos nullatenus euadere possez. nisi a me sũma vi ⁊ obtestationibus extorsissent. vt oblato ab eis vasculo manuz meã impresso crucis signaculo superponerez. itaq3 se credentes benedictionis oleum consecutos. tandem me aliquãdo relaxarunt. Quibus mihi mãifeste cõpertũ est iisdez causis ac vicijs monachuz obligari. in quibus de alijs iudicare presumpserit. Oportet ergo vnum quẽq3 semetipsũ iudicare tantũmodo. ⁊ circũspecte cauteq3 custodire in omnibus. non aliorum cõuersationem vitamq3 discutere. scdm illud apostoli preceptum. Tu autẽ quid iudicas fratrem tuũ. suo domino stat aut cadit. Et nolite iudicare ante tempus. Et illud. Nolite iudicare vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis. iudicabimini. Preter hanc eniz quam diximus causaz etiam ob hoc iudicare de alijs periculosuz est. ꝙ ignorantes vel necessitatem vel rationem qua illi hec in quibus offendimus aut recte coraz deo aut venialiter agunt. inuenimur eos temere iudicasse. ⁊ per hoc admittimus non leue peccatũ. secus ꝙ̃ oportet de fratribus nostris aliquid sentientes.

¶ Increpatio eiusdem senis cum fratres inter spiritales collationes dormitantes. ad narrationem ociose fabule vidisset expergefactos.

Capitulum. xxxi.

b Ic idem senex ociosarum fabularũ diabolum esse fautorem. ac spiritalium collationuz impugnatorez semper existere his declarauit indicijs. Nam cũ fratribus quibusdam de rebus necessarijs ac spiritalibus disputaret. eosq3 videret letheo quodã sopore dmergi. nec posse ab oculis suis pondus somni depellere. ociosaz repente fabulã introduxit. Ad cuius oblectationez cum eos euigilasse confestim atq3 erectas aures suas habere vidisset. ingemiscens ait. Nunc vsq3 duz de spiritalibus loquebamur. omniũ vestrũ oculi letali dormitione deprimebãtur. at cuz ociosa fabula intromissa est omnes expergefacti torporem somni dominantis excussimus. Vel ex hoc ergo perpendite quisnaz collationis illius spiritalis fuerit impugnator. aut qs huius infructuose atq3 carnalis insinuator existat. Ille etenim esse manifestissime deprehenditur. q malis adgaudens vel istam fouere vel illam ipugnare non desinit.

¶ De epistolis priusq̃ legerentur incensis.

Capitulum. xxxij.

Quāobrē i h corpe ɔstitut⁹ iā nouerit vnusquisq illi⁹ se rligiōi vl misterio ōputādū. cui⁹ i hac vita semetipȝ ptcipē cultorēq pbuerit: illiusq se ēt i illo perēni seclo ɔsorte futurū esse ñ ābigat. cui nūc mistrū se sociūq maluerit exhibere. sȝ sniaȝ dñi ita dicēt. Si qs mihi mistrat me sequtur: ⁊ vbi sū ego. illic ⁊ mister me⁹ erit. Nā ⁊ queādmodū diaboli regnū p ɔniuētiā suscipit viciorꝫ. ita regnū dei p exercitationē vtutū: puritate cordis ac spirituali scia possidet. Ubi aūt regnū dei ē: ibi ,pcul dubio ⁊ vita cōmorat eterna: ⁊ vbi regnū diaboli ē: ibi mors atq isern⁹ esse cognoscit: i quo q fuerit. nec laudare dñm pt sȝ ,pphete sniaȝ dicētis. nō mortui laudabūt te: neq oēs q descēdūt in infernuȝ. sine dubio peccati: sed nos qui viuim⁹ nō vicijs. s. nec mūdo huic sȝ deo. bñdicim⁹ dñȝ ex hoc nūc ⁊ vsq i seculū. nō. n. ē in morte q memor ē dī: i iferno aūt pcti qs cōfitebit dño. i. nēo. Null⁹. n. ēt si milies semetipsū vl christianū eē ,pfiteat vl mōachū. cū peccat cōfitet dño. Null⁹ admittēs ea q dñs execrat reminiscit ei⁹: nec vuū se ,pfitet illi⁹ cui⁹ pcepta ɔtumaci temeritate ɔtēnit. In q morte illā viduā q ē i delicijs btūs apl's eē ,pnūciat: vidua ingēs q i delicijs ē viuēs mortua ē. Sūt g multi q viuētes i hoc corpore mortui sūt: ⁊ i iferno iacētes deuȝ laudare nō pnt. Et ecōtrario sūt q cū mortui sint corpe: deū spū bñdicūt atȝ collaudāt sȝ illō. Bñdicite spūs ⁊ aīe iustorꝫ dñȝ: ⁊ oīs spūs laudet dñȝ. Et in Apocalypsi aīe occisorꝫ nō solū laudare deū: sȝ ēt iterpellare dicūt. In euāg quoq euidēti⁹ dñs ad saduceos: nō legistis igt qd dictū ē a deo dicēte vobis. Ego sū de⁹ abrahā. ⁊ de⁹ ysaac. ⁊ de⁹ iacob: nō ē de⁹ mortuorꝫ sȝ viuētiū. Oēs. n. ei viuūt. De qb⁹ ⁊ apl's. Propter qd igt nō cōfūdit de⁹ vocari de⁹ eorꝫ. Parauit. n. illis ciuitatē. nā q nec ociose sint p⁹ sepationē hui⁹ cōpis aīe neq nihil sētiāt. ēt euāgelij parabola q de illo paupe lazaro ⁊ diuite purpurato ,pfert ostēdit: quorꝫ vn⁹ btīssimā sedē i sinu abrahe regeȝ ,pmeret: ali⁹ itolerabili ardore eterni ignis exurit. Si aūt ⁊ illud qd dr ad latronē: hodie eris mecū i padiso. voluerim⁹ itēdere. qd aliud māifeste designat q pdurare i aiab⁹ nō solū pstinos itellect⁹. sȝ ēt vicissitudine eas ɔgrua ,p meritorꝫ actuūq suorū pfrui qlitate. Hoc. n. illi neq de⁹ ,pmisisset si ei⁹ aiaȝ noscet p⁹ separatione carnis. vl pūādā sēsu vel i nihilū resoluedā. nō. n. caro ei⁹ i paradisū sȝ aia erat igressura cuȝ christo. Cauēda sane imo toto horrore ē detestāda prauissima hereticorꝫ illa distictio: q dū nō credunt christū potuisse eodē die quo i iferna descēdit: ēt i paradiso reperiri ita distiguūt. amē dico tibi hodie. ⁊ iterposita distictiōe iserūt. mecū eris in paradiso: vt scȝ hec ,pmissio nō statiȝ post trāsitū vite eius ipleta sȝ post resurrectiōis aduētū sit iplēda: nō itelligentes illud qd ante resurrectiōis sue diē ,ptulit ad iudeos q eū vt semetipos credebāt angustijs hūanis ⁊ carnali isirmitate ɔcludi. Nemo ascēdit i celū nisi q descēdit de celo. filius hōis q ē i celo. Quib⁹ manifeste ,pbat aīas defūctorꝫ nō solū suis sēsib⁹ nō pūari: sȝ ne istis qdē affectibus. i. spe atq tristitia. gaudio ac metu carere: ⁊ ex eis q sibi i illo generali examie reseruāt qddā eas iā incipere pgustare: nec sm opinionē quorūdā isideliū i nihilū eas resolui post huius cōmoratōis excessum. sȝ viuacius subsistere deiq laudib⁹ itēti⁹ inherere. Et re vera vt seqstrat pauli sp testimōijs scripturarꝫ de ipsi⁹ aīe natura sȝ mediocritatē sēsus nr̄i paucis aliq disputeȝ. Nōne vltra omnis ineptie nō dicā fatuitatē sȝ insaniā est vel leuit suspicari illā pciosiorē hominis portioneȝ: in qua ēt imago dei sȝ beatū aplm ac similitudo ɔsistit. deposita hac qua recōdit i pseti sarcia corporali insensibilē fieri q omnē rationē in se cōtinēs etiā mutaȝ atq insēsibilē materiā carnis pticipatiōe sui facit esse sensibilē. cū vtiq cōseques sit. ⁊ hoc rationis ipsi⁹ ordo cōtieat. vt exuta mēs ista carnali qua nūc hebetat pinguedine. itellectuales vtutes suas i melius reparet. ⁊ puriores eas ac subtiliores recipiat poti⁹ q amittat. Intātū aūt hoc qd dicimus beat⁹ apostolus verū esse cognoscit: vt etiā optet ab hac carne discedere: vt sepatōe eius enixius valeat dño copulari dicēs. dsideriū habeo dissolui. ⁊ cū christo esse multomagis: qm dū sum⁹ i corpe pegrinamur a dño: ⁊ idcirco audem⁹ ⁊ bonā volūtatē habem⁹ magis pegriari a corpe ⁊ pñtes eē ad dñȝ: ppt qd ēt cōtēdim⁹ siue absētes siue pñtes placere illi: cōmoratiōeȝ. s. aīe. qi hac cāne ē. pegriationē a dño atq absentiam a christo esse ,pnuntians Et euidentius iterū sup hoc ipo viuacissimo aiarū statu idē apl's. Sȝ accessistis igt ad syō mōtē ⁊ ciuitatē dei viuēti hierusalē celestē. ⁊ ad multorꝫ miliū āgelorꝫ frequētiā ⁊ ecclesiā pmitiuorꝫ. q ɔscripti sūt i cel. ⁊ spūs iustorꝫ pfectorꝫ. De qb⁹ spiritib⁹ i alio loco: deide pres igt cānis nr̄e habuim⁹ eruditores ⁊ reuerebamur: eos nō multomagis subijciemur prī spūuȝ ⁊ viuenus.

De contemplando deum. Ca. xv.

Contēplatio vo dei multifarie ɔcipit. Naȝ deus nō sola incōphēsibil illi⁹ substātie sue admiratione cognoscit. qd tñ adhuc in spe promissionis abscōditū est: sed etiā creaturarꝫ suarū magnitudine vel eqtatis sue ɔsideratōe vel quotidiane dispensationis auxilio peruidet: qm scȝ que cū sāctis suis p singulas generatiōes egerit mēte pu-

rissima plustram⁹:cū potētiā ipi⁹ q̄ vniuersa gubnat moderat̄ ac regit:cū imēsitatē sciē ei⁹ ⁊ ocl'z quē secre ta cordiū latere n̄ possūt tremēti corde miramur:cū arenā maris.vndaꝝ nūeꝝ dimēsū ei cognituq̧ pa uidi cogitam⁹:cū pluuiaꝝ guttas cū seculoꝝ horas ac dies cū p̄terita futurave vniuersa obstupescim⁹ sciētie ei⁹ assistere:cū ineffabilē clemētiā ei⁹ ꝯsidera m⁹.q̄ inūera flagitia q̄ singulis momēt̄ sub ipsi⁹ cō mittūt̄ aspectu idefessa lōganimitate sustērat:cū itu emur vocationē.q̄ nos null' p̄cedētib⁹ merit̄ gratia sue miſatōis asciuit :cū deniq̧ occasiōes salut̄ tri buit adoptādis:cū quodā admiratōis ituemur ex cessu.q̄ ita nos nasci p̄cepit.vt ab ipsis cūabul' gr̄a nobis legisq̧ sue noticia isūderet̄:q̄ ip̄e aduersariū vicēs i nobis.p̄ solo bōe volūtat̄ assēsu eterna bti tudie ac ppetuis nos p̄mijs mūerat: cum postrēo dispēsationē sue icarnatiōis p̄ nr̄a salute suscepit. ac mirabilia mysterioꝝ suorū i cūct̄ gētib⁹ dilata uit.Sūt āt alie quoq̧ huiusmōi ꝯtēplatiōes inume re:q̄ p̄ q̄litate vite ac puritate cordis nr̄is sēsib⁹ oriū tur.qb⁹ de⁹ vel vꝛ mūdis obtutib⁹ vl' tenet̄. Quas p̄fecto nullus ppetuo retētabit i quo adhuc aliq̄d carnaliū viuit affectuū:q2 nō poteris ait dn̄s vide꞉ faciē meā.Nō.n.videbit me hō ⁊ viuet sc3 mundo huic affectibusq̧ terrenis dedit⁹.

ℭ Iterrogatio d̄ cogitationū mobilitate. ca.xvi.

Erman⁹.Quid g̃ ē qd̄ ēt nolētib⁹ imo vo g ēt nesciētib⁹ nobis ita sup̄flue cogitatiōes subtilit̄ ac latēter irrepūt.vt nō solū eas ex pellere.verū etiā itelligere ac dep̄hēdere difficulta[nō modice sit.Pōt ergo mēs aliqn̄ ab istis vacua repiri.⁊ nunq̄ huiuscemodi illusionib⁹ incursari.

ℭ Responsio quid possit mens super cogitationū statu quidve non possit. Ca.xvij.

Myses.Mētē q̄dē nō iterpellari cogitatio m nib⁹ ipossibile ē:suscipe vo eas siue respue re oi studenti possibile ē.Queadmodū igit̄ ort⁹ earū nō oimodis pēdēt a nobis:ita reprobatio vl' electio ꝯsistit i nobis.nec tn̄ ex eo q̄ dixim⁹ ipos sibile eē mētē cogitatiōib⁹ n̄ adiri.totū vl' icursui vl' ill' spiritib⁹ tribuēdū ē.q eas nobis nitunt̄ igerere: aliogn nec libeꝝ i hoie māeret arbitriū.nec i nobis staret nr̄e correctiōis idustria.S3 ē iq̧ nr̄m magna ex p̄te vt cogitationū q̄litas emēdet̄:⁊ vl' sancte ac spiritales oriāt̄ i nobis.vel terrene carnalesq̧ d̄cre scāt.Idō naq̧ freques lectio ⁊ iugis adhibet̄ medi tatio scripturaꝝ vt exide nobis spiritalis mēorie p̄ beat̄ occasio.Idcirco d̄cātatio crebra psalmoꝝ:vt assidua nobis exide subministret̄ cōpūctio. Idcir co vigiliaꝝ ac ieiūioꝝ orōnūq̧ sedulitas adhibet̄: vt extenuata mēs nō terrēa sape.s3 celestia possit ac sublimia ꝯtēplari.Quib⁹ rursū negligētia irrepēte cessantibus:necesse est vt mens vicioꝝ squalore cō creta in carnalem p̄tem corruat atq̧ declinet.

ℭ Cōparatio aquaris mole ⁊ aie. Ca.xviij.

Uod exercitiū cordis n̄ icōgrue molaꝝ sili q tudini cōpat̄:q̄s meat⁹ aq̄ru3 p̄ceps ipetu rotante prouoluit.Que nullaten⁹ quidem cessare possūt ab ope disposito aq̄rū ipulsib⁹ circūacte:i ei⁹ vo q p̄est sitū ē p̄tāte vtꝝ nā triticū malit an ordeu3 loliūve ominui.Illō naq̧ ē p̄culdubio cōmolēdū qd̄ igestū ab illo fuerit.cui opis illi⁹ cura cōmissa ē. Ita igit̄ ēt mēs p̄ vite p̄ntis icursus vndiq̧ igruēti b⁹ tēptationū torrētib⁹.q spiritalib⁹ islati neqcijs.i desincter eā circūfluūt atq̧ circūstrepūt vacua q̄dē cogitationū estib⁹ eē nō poterit:q̄les vo vel admit tere vel pare sibi debeat.studij ac diligētie sue p̄ui debit idustria.Si eni vt dixim⁹ ad sāctarū scriptu rarū meditationē iugiter recurram⁹.ac mēoriā no strā ad recordationē sp̄ualiū rerū ⁊ ꝯsideriū p̄fectō nis.sp̄eq̧ future btitudinis erigam⁹:necesse ē vt or te cogitatōes exide spiritales i his q̄ meditati sum⁹ mētē faciāt imorari.Sin vo desidia seu negligētia supati.vicijs ⁊ ociof̄ ꝯfabulatiōib⁹ occupemur.seu curis mūdanis ⁊ supfluis solicitudinib⁹ iplicemur ꝯsēquēter exide velut q̄dā zizanioꝝ species genera ta.opationē quoq̧ nr̄o cordi noxiā ministrabit.⁊ s̄m sniā3 dn̄i saluatoris vbi fuerit thesaur⁹ opm seu itē tiōis nostre.ibi ⁊ cor nr̄m necessario permanebit.

ℭ De tribus cogitationum nostrarum p̄ricipijs. Capitulum. .xix.

Llud sane p̄ oib⁹ nosce debem⁹ tria cogita i tionū nr̄arū esse p̄ncipia.i.ex deo.ex diabo lo.⁊ ex nobis.Ex deo q̄dē sūt cū sp̄ūsācti illustratiōe nos visitare dignat̄.erigēs nos ad subli miorē p̄fectū.⁊ i qb⁹ vl' min⁹ acq̄siuim⁹.vel desidiose agētes supati sum⁹.saluberria cōpūctiōe castigat:vl' cū reserat nobis celestia sacramēta ⁊ p̄positū nr̄3 ad meliores act⁹ volūtatēq̧ ꝯuertit.vt ibi cū rex assuer⁹ castigat⁹a dn̄o.libros āales istigat̄ igerere.qb⁹ mar dochei bn̄ficia recordat⁹.sūmi eū gradu honor[ex altat ac p̄tin⁹ crudelissimā sup nece gēt̄ iudee sniam reuocat.Vl' cū p̄pheta cōmēorat.Audiā qd loq̄t̄ i me dn̄s de⁹.Ali⁹ quoq̧.⁊ dixit iq̄t āgel⁹ q loq̄bat̄ in me.Vl' cū fili⁹ dei vēturū se vna cū p̄re.⁊ māsione3 apd̄ nos facturū eē p̄mittit.Et nō estis vos ingt q loqmini.s3 sp̄ūs p̄ris vr̄i q loq̄t̄ i vob[:⁊ vas electio nis:An expimētū iq̄t ei⁹q̄rit̄ q i me loq̄t̄ christ⁹.Ex diabolo vo cogitationū nascit̄ series.cū subuertere nō sā vicioꝝ oblectatōe.q̄ ēt occult̄ cōat̄ isidijs sub tilissima calliditate mala p̄ bōis fraudulēter osten tās.⁊ trāsfigurās se nobis i āgelū lucis.Vt cū euan gelista dicit.Et cena facta cū diabol⁹ ia3 misisset in cor iude simōis scarioth vt traderet dn̄3.Et iteru3 post bucellā iq̄t itroiuit i illū sathanas.Petr⁹ quo q̧ ad ananiā.q̄re ait tēptauit sathanas cor tuū mēti ri te sp̄ūisācto.Et illō qd̄ m̄lto āñ p ecclesiastē p̄di ctū legim⁹.Si sp̄ūs p̄tātē h̄ñt ascēderit sup te.locū tuū ne dimittas.Illō quoq̧ qd̄ dr̄ ad deū ꝯ achab i q̄rto regū lib.ex p̄sona sp̄ūs imūdi:egrediar ⁊ ero sp̄ūs mēdax i ore oi3 p̄phetaꝝ ei⁹.Ex nob āt oriūt̄ cū naturaliter ea que gerimus vel gessimus.vel au dim⁹ recordamur.De qb⁹ btūs dauid.Cogita ui iquit dies āntiquos ⁊ ānos eternos i mente habui

z meditatus sum nocte cum corde meo. z exercitabar z scopebam spiritu3 meu3. Et iterū. Domin⁹ scit cogitatiões hoim qm̄ vane sūt: z cogitatões iustoru3 iudicia. In euangelio quoq3 dn̄s ad pharíseos: qd cogitat̄ mala in cordibus vestris.

¶ De discernēdis cogitatōib⁹ ad similitudinē probabilis trapezite. Ca. xx.

Hanc igit̄ optet tripitā ratiōnē nos iugiter b obseruare. z vniuersas cogitatiões q̄ emergūt i corde nr̄o sagaci discretione discutere origines earū z cās auctoresq3 primit⁹ indagātes: vti quales nos eis p̄bere debeam⁹ ex illorū merito q eas suggerūt cōsiderare possim⁹ vt efficiamur ẜm p̄ceptū dn̄i ꝓbabiles trapezite. Quoꝝ sūma pitia est ac disciplina ꝓbare qd nā sit aurū purissimu3. z vt vulgo dr̄ obrizū. qd ve sit min⁹ purgatōe ignis excoctū. ereo quoq3 viliq3 denario. si p̄ciosū nūmisma sub colore seu idumēto auri fulgētis imitet̄. prudentissima discretione nō falli: z nō solū nūmismata tyrānorū vultū exprimētia sapiēter agnoscere: sed ēt illa q̄ sūt veri qdē regis imagie. s3 n̄ legitie figurata. pitia sagaciore discernere: deide ne qd ill'a legitimo pōdere diminutū sit cēsura trutie diligēter ingrere. Que oīa nos quoq3 debere spiritalit̄ obſuare sub figura z exēplo nois hui⁹ euangelicus ẜmo hoc exēplo ꝓposito docet: p̄mū vt qd cordib⁹ nostris irrepserit. vel si qd nobis dogma fuerit itromissū. vtꝝ nā sit diuio illo z cellesti sp̄ūsc̄ti igne purgatū. an ad iudaicā supstitionē ptinēs. seu de secularis p̄hie tumore descēdēs vt sit ad itegrū spiritalis ignis examinatiōe decoctu3. s3 in supfice tm̄ p̄ferat pietatē diligētissime pscrutemur. Qd ita poterim⁹ iplere si illud ap̄licū fecerim⁹. Nolite omni sp̄ūi credere. s3 ꝓbate sp̄ūs si ex deo sint. Quo gn̄e credendi sunt illi quoq3 decepti. q post ꝓfessionē monachi nitore sermonis. z qbusdā sunt p̄hoꝝ dogmatib⁹ incitati. q̄ p̄ma frōte pijs qbusdā sēsibus ac religiōi ꝯsonis audiētes velut auri fulgore fallentia quos semel supsicie illexerāt. velut nūmismatibus ereis falsisq3 deceptos. ꝑpetuo nudos ac miseros reddiderūt: vel ad seculi eos strepitū reuocantes. vel ad hereticos errores ac p̄sūptiones tumidas ptrahētes. Qd etia3 achan i libro iesu naue legim⁹ fuisse ppessū. q de castris allophiloꝝ r̄gulā aureā ꝯcupiscēs. atq3 furat⁹ anathemate illorū pcuti atq3 eterna morte meruit ac maledictiōe dānari. Scdo solicite nos explorare cōueniet ne aureo purissimo scripturarū praua iter p̄tatio coaptata. metalli preciositate nos fallat. In quo ēt dn̄o saluatori callidissim⁹ diabol⁹ velut hoi simplici tēptauit iponere: dū ea q̄ generalit̄ sūt sup oim iustoꝝ psonis exposita maliuola iterp̄tatione corrūpēs specialr̄ huic q angeloꝝ custodia nō egebat conat̄ aptare dicens: qr angel' suis mā. de te. vt custo. te i oi. vijs tuis. i ma. porta. te ne vnq̄ offē. ad la. pe. tuū. preciosa. s. eloqa scripturaꝝ callida assūptiōe ꝯuertēs. z ad ꝯ̄riū noxiūq3 sensū detorquens. vt imaginē tyrānici vult⁹ sub colore nobis auri fallēt obijciat: siue cū paracaraximis nos cōat̄ illudere quoddā. s. pietat̄ op⁹ admonēs affectādū: qd nō de legitia senioꝝ ꝑcedēs moneta. sub p̄textu v̄tutū ducit ad vicia: vel imoderat̄ ꝯpetētibusq3 ieiunijs seu vigilijs nimijs. vl̄ orōnib⁹ ipoꝛtunis. vel icōgrua lectōe decipiēs ad noxiū ptrahit finē: vl̄ cū itercessiones ac visitatiōes pias psuadet ipēdere. qb⁹ nos ab spiritalib⁹ monasterij claustris. z secreto amice qet̄ excutiat: solicitudies ēt curasq3 suscipe religiosarū ac destitutaꝝ suggerit femiaꝝ. vt huiusmōi laqueis monachū inextricabilr̄ viciat. ac pniciosaꝝ solicitudinū occupatōe distēdat: vl̄ certe cū desiderare sanctū clericat⁹ officiū sub p̄textu edificatiōis multoꝝ z amore lucri spiritalis istigat. p qd nos ab hūilitate ꝓpositi huius. ac districtōe diuellat. Que oīa cū sint nr̄e saluti ꝓfessiōiq3 ꝯ̄ria: tn̄ velamie quodā misericordie ac religiōis obtecta. facile iperitos icautosq3 decipiūt. Imitant̄ eni3 nūmismata veri regis qr videt̄ ad p̄sēs plena pietat̄: s3 nō sunt a legitimis monetarijs. i. ꝓbat̄ z catholicis patribus figurata. nec de cardinali: ac de publica collatōis eoꝝ ꝓdeūt officia: s3 furti fraude demonū fabricata. nō sine detrimēto ipitis qbusq3 z ignorātib⁹ igerūt̄. Que q̄uis vtilia seu necessaria videat̄ ad p̄sēs. tn̄ si soliditatib⁹ ꝓfessiōis nr̄e icipiāt p⁹ hoc ēē ꝯ̄ria. z totū quodāmodo corp⁹ nr̄i labefactare ꝓpositi. tāq̄ necessariū qde3. s3 scādalizans mēbrū. z qd dextre manus vel pedis agere videat̄ officiū ꝓijci a nobis atq3 abscidi salubre ē. Sati⁹. n. ē absq3 vni⁹ p̄cepti mēbro. i. opatiōe vel fructu: i ceteris sanū firmūq3 durare z tāq̄ debilē itroire i regnū dei. q̄ cū soliditate mādati icidere i aliqd scādalū. qd pniciosa ꝯsuetudie separās nos a districtionis regula. atq3 arrepti ꝓpositi disciplia. iducat i tale dispēdiū. qd neq̄ futura detrimēta ꝯpēsās. oīs p̄teritos fruct⁹ totūq3 opationis nr̄e corp⁹ gehēne faciat ignib⁹ ꝯcremari. De generib⁹ istiusmōi illusionū ēt i ꝓuerbijs elegāt exprimit̄. Sūt vie q̄ videt̄ recte ēē viro: nouissima aūt earū veniēt i pfūdū iferni. Et iteꝝ. Malignus nocet cū se cōmiscuerit iusto. i. diabolus decipit cū fuerit colore sācitat̄ obtect⁹. Odit aūt sonum tutele. i. discretōis vi: q̄ de senioꝝ v̄bis ac monitiōe procedit.

¶ De illusione abbatis Johannis. Ca. xxi.

Qua quo etiā abbatē nup Johānē: q lyco cō i morat̄ cognouim⁹ fuisse illusū. Nā cū hausto corpore atq3 defecto. ꝑceptionē cibi biduano ieiunio distulisset accedēti ei ad refectionem die postero veniēs diabolus i figura ethiopis tetri pueri. atq3 ad eius genua ꝓuolut⁹ idulge iqt mihi. qr ego tibi hūc laborē idixi. Itaq3 ille vir tant⁹ z discretiōis rōne pfect⁹ sub colore ꝯtinētie icōgruēter exercitate. itellexit se ob hoc calliditate diaboli circūuētū. taliq3 distētū ieiunio. vt lassitudinē nō necessariā imo ēt spiritui nociturā. fatigato corpori supponeret: paracaraximo scilicet illusus nūmismate. dum in illo veri regis imaginem veneratus. parum discutit non illud esse legitime figuratum. Ultima

vero obſuatio huius probabilis trapezite.quam d̄ iquiſitiōe pōderis eē predixim⁹:taliter a nobis iple bitur.ſi qcquid agēdū cogitatio noſtra ſuggerit.oī ſcrupulo retractātes.atq3 i nr̄i pectoris trutina col locantes.eqlibratiōe iuſtiſſima ppēdam⁹:an plenū ſit honeſtate cōmuni:an tiore dei ſit graue:ſi itegrū ſēſu:ſi hūana oſtētatiōe:aut aliqua nouitatis iſolen tieq3 preſūptiōe nō leue:ſi meriti eius pondus ina nis cenodoxie nō iminuerit vel ariſerit glīa.Et ſic ea ꝑtin⁹ ad publica appēdētes examia.i.ad ꝓphe tarū ꝛ apoſtoloꝝ act⁹ ac teſtimōia conferentes.illo rūq3 exēplis cōparātes:ꝛ quodāmodo cōtraria ea lāce pēſantes.vel tāq̄ itegra atq3 pfecta illiſq3 colli brātia ſuſcipiam⁹.vl' tāq̄ iperfecta atq3 dānoſa:nec illoꝝ pōderi ꝯſonātia omni cautione vitemus.

¶ De q̄dripartita diſcretiōis ratione. Ca.xxij.

Rit ergo hoc q̄dripartito quo dixim⁹ mō necessaria nobis iſta diſcretio.i.vt primu3 materia nos auri veri ſeu fucati fallētiſq3 nō lateat:ſecūdo.vt has eaſdē cogitatiōes q̄ mētiū tur opera pietat̄.tāq̄ adulterina nūmiſmata ꝛ pa racaraxia reprobem⁹:vtpote q̄ falſā imaginē regis nō legitie ſignata cōtineāt:vel illa que i auro p̄cio ſiſſimo ſcripturaꝝ vicioſo ꝛ heretico ſēſu.nō veri re gis ſed tyrāni p̄ferūt vultū.ſimilit̄ diſcernētes reſu tare poſſim⁹.ſiue illa quoꝝ pondus ac p̄ciū erugo vanitat̄ arrodēs exagio ſeniorū cōgruere n̄ ſciuit. vt nūmiſmata leuia atq3 dānoſa.minuſq̄ pēſantia recuſemus.ne i illud icidētes qd̄ obſuare tota vtu te p̄cepto dn̄i cōmonemur.cūctis laboꝝ nr̄oꝝ ſti pēdijs meritiſq3 d̄ſraudemur.Nolite theſaurizare vobis theſauros i terra.vbi erugo ꝛ tinea demolit̄: ꝛ vbi fures effodiūt ꝛ furātur.Quicqd.n.cōtēpla tione hūane glīe fecerim⁹.in terra nos theſaurizare ſm dn̄i ſniam nouerim⁹:ꝛ ꝯſequēter illud velut hu mi recōdimus.atq3 i terrā defoſſū:vel diuerſ' demo nijs depopulādū vel edaci cēodoxie erugie ꝯſumē dū:ſeu ſupbie tinea deuorādū.vt ad nullā recōdē tis vtilitatē lucrūve ꝓſiciat.Oēs igit̄ cordis nr̄i re ceſſus iugit̄ ꝑſcrutādi ſūt ꝛ aſcēdētiū i eos veſtigia idagatiōe ſagaciſſima retractāda.ne qua forte itel lectual' ibidē beſtia.vl' leo.vl' draco ptrāſiēs pnicio ſa veſtigia latēter ipreſſerit:qb⁹ acceſſus ēt ceteris i abdita pectoris nr̄i p cogitationū negligētiā pre beat̄.Et ita p ſingulas horas atq3 momēta terrā cordis nr̄i euāgelico aratro hoc ē:iugi dn̄ice crucis recordatiōe ſulcātes vel noxiarū ex nobis ferarū cu bilia.vel virulētoꝝ ſ'pētiū examiare latibula atq̄ ex trudere poterimus.

¶ De ſmōe doctoꝝ ſ3 audiētiū meritū.ca.xxiij.

D hec obſtupefactos nos ituēs ſenex.ꝛ ad v̄ba narratiōis ſue iexplebili ardore ſuccē ſos ꝓ admiratiōe d̄ſiderij nr̄i paulīſp ſmōe ſuſpēſo.ruſus addidit.Qm̄ nos o filij ad diſputa tionē tā lōgā vr̄a ſedulitas ꝓuocauit:ꝛ ignis qdam collatiōi nr̄e feruētiores ſēſus p vr̄o deſiderio ſub miniſtrat.vt ex hoc ēt ipſo maniſeſte ꝯtēpler i veri tate vos pfectiōis ſitire doctrinā.volo vobis adhuc ſup diſcretionis eximietate vel grā q̄ inter cūctas v̄ tutes arcē ac p̄matum tenet.pauca diſerere .excellē tiāq̄ eius ꝛ vtilitatē nō ſolū quotidianis exēplis.ſ3 ēt antiqs patrū ꝯſultatiōib⁹ ac ſētētijs approbare. Frequēter nāq̄ memini nōnullis huiuſmodi ſmo nē cū gemitu lachrymiſq̄ poſcētib⁹:me quoq̄ aliqd eis doctrie ꝯferre cupiētē nullaten⁹ potuiſſe:ꝛ ita in me nō ſolū ſēſus.verū etiā ip3 eloqu3 d̄ſeciſſe.vt nō iuenirē quēadmodū eos.vel cū leui cōſolatiōe dimit terē.Quib⁹ idicijs euidēter agnoſcit̄ dn̄i grā3 ꝓ me rito ac deſiderio audiētiū diſputātib⁹ aſpirare ſmo nē.Quē qꝛ breuiſſimū iſtud qd̄ ſupeſt noctis ſpatiū nō occurrit explere:idulgētes illō poti⁹ qeti corpo ree cui neceſſe ē totū ꝯſolui.ſi id qd̄ modicū ē fuerit d̄ negatū.plenū narratiōis ordinē itegro futuri diei ſeu noct̄ examī reſuem⁹.Decet nanq̄ diſcretonis optioſ ꝯſultores.i h̄ p̄mū pateſacer̄ ſue mēt̄ iduſtriā ꝛ vtr̄ ſint vl' q̄ant ei⁹ capaces eē h̄ idicio ac patiētia ꝯprobare vt de illa q̄ moderatiōis generatrix ē vtu te tractātes.neq̄ viciū qd̄ ipi ꝯtrariū ē nimietat̄ i currāt vi rōnis ac nature ei⁹.q̄ vbiſ excolūt:effectu atq̄ ope violārēt.In h̄ ḡ nob' diſcretiōis bono d̄ q̄ q̄ tū dn̄s dederit adhuc idagat̄ diſpōim⁹.p̄mit⁹ ꝓſit.vt nos de ipſi⁹ excellētia ꝛ moderatiōe:q̄ p̄ma eidē vt⁹ i eē cognoſcit̄ diſercēres.diſputatiōis quoq̄ vl' tēpoꝝ modū nō pmittat excedere.His itaq̄ btūs moiſes collatiōi nr̄e dās finē.adhuc nos auidos.ac d̄ ſuo ore pēdētes deguſtare ſōnū paulīſp hortat⁹ ē.hiſdē ipis qb⁹ iſidebam⁹ pſiathijs admonēs icumbere.embri mijs parit̄ capiti nr̄o ceruicaliū vice ſuppoſitis que groſſiorib⁹ papyris i lōgos graciles̄q̄ faſciculos coa ctis.ſexqpedali iteruallo mollit̄ nexa.nūc qdē hūil limū ſedile ad ſcabelli vicē.frib⁹ i ſynaxi ꝯſedētib⁹ p̄ ſtāt.nūc v̄o ſubiecta ceruicib⁹ dormiētiū p̄bēt capiti nō nimie durū.ſ3 tractabile aptūq3 fulcimētu3.Ad quos monachorū vſus hec idcirco.vel maxie opor tuna habent̄ ꝛ cōgrua.q̄ nō ſolū ſint aliq̄tēus mol lia.paruoq3 ꝛ ope reparēt̄ ꝛ p̄cio.vtpote paſſi3 pa pyro emergēte.p nili fluminis ripas quā cuiq3 vo lēti in vſu3 aſſumere nemo ꝓhibeat deſecare:ſ3 etiā q̄ ad remouēdū ea.ſeu cu3 neceſſe fuerit ad mouen dū habilis materia eſt.fūgide leuiſq3 nature.Atq3 ita p̄cepto ſenis tādē3 ſum⁹ ad guſtationē ſōni one roſa cōpoſiti qete.tā digeſte collatiōis iflāmati gau dio.q̄ repromiſſe diſputatiōis expectatione ſuſpēſi.

¶ Explicit Collatio pria Abbatis Moiſi d̄ mo nachi deſtinatione vel fine.

¶ Incipit ſecunda collatio Abbatis Moiſi de diſcretione. Cap.i.

Eguſtato itaq̄ matutino ſopo re cum ortum illud tandem no bis claruiſſe gaudentes .repro miſſam narrationem repoſcere cepiſſemus: beatus moiſes ita

exorsus est. Cū videam vos tāti desiderij ardore inflāmatos. vt ne ipsum quidem paruissimū quietis momentum quod spiritali collationi subtrahēs refectiōi carnis maluerā deputare. ad requiem credā vestri corporis ꝓfecisse: mihi quoqȝ hūc vrm cōsideranti feruorē solicitudo maior iuehitur. Necesse est enī etiā me ī ꝑsoluēdo debito. tāto maiorem deuotiōis curā gerere: quāto vos attētius video illud expetere. ꝓꝫ illā sententiā. Si sederis cenare ad mensā potētis. sapiēter intellige q̄ apponūtur tibi: et immitte manū tuā. sciens q̄r ad talia te oportet preparare. Quāobrē de bono discretiōis eiusqȝ virtute dicturi. in quā sermo nocturne collationis īgressus finē nostre disputatiōi dedit. cupio vobis eius excelētiā patrū primo cōsignare sententijs: vt cū patuerit. quid de illa senserit. vel pronūciauerint maiores nostri. tū prolatis tā antiquis multorū q̄ recētibus ruinis et casibus qui pro eo ꝙ minus eā fuerant assecuti ꝑnicioso deiecti sunt lapsu inq̄tū possumus vtilitates eius et cōmoda retractem⁹: q̄bus discussis queādmodū excolere eā atqȝ expetere debeamus: cōsiderātes meriti eius. et gratie pōdus efficacius istruamur. Est enī nō mediocris quedam vꝛtus. nec q̄ hūana passiꝫ valeat industria cōprehendi nisi diuino fuerit munere gratiaqȝ collata. Siquidē iter nobilissima spūssancti dona: hāc quoqȝ ita legimus ab ap̄lo numerari. Alij dat̄ ꝑ spm̄ s̄mo sapie. Alij s̄mo scie s̄m eūdem spiritū. Alij fides ī eodē spiritu. Alij gratia sanitatū ī vno spū. Et post pauca. Alij discretio spirituū. Deinde cōpleto om̄i catalogo spiritaliū charismatū infert. Om̄ia autē hec operatur vnus atqȝ idē spiritus: diuidens singulis prout vult. Videtis ergo nō terrenū. nec paruū esse discretionis munus: sed diuine gratie largitatem: quā nisi monachus omni intētiōe fuerit assecutus. et ascēdentiū in sese spirituū discretionem certa ratione possederit: necesse est eū velut in nocte ceca tetrisqȝ tenebris oberrantē. nō solū in ꝑniciōsis foueis preruptisqȝ concidere: sed etiā in planis ac directis itineribus freq̄ter offendere.

¶ Quod discretio sola conferat monacho: et disputatio super hoc abbatis Antonij.

Capitulum. .ij.

Memini igitur quondā in ānis adhuc puericie cōstitutus ī partibus thebaidos vbi beat⁹ Antonius morabatur: seniores ad eū perfectiōis inquirende et collationis huius gratia cōuenisse. Cūqȝ a vespertinis horis vsqȝ ad lucē fuisset ꝓtracta collatio: questionē hāc maximū noctis spaciū cōsumpsit. nam diutissime querebatur que nā virtus vel obseruantia monachū possit a diaboli laqueis ac deceptionibus custodire sēper illesū. vel certe recto tramite firmoqȝ gressu ad perfectionis culmē perducere. Cunqȝ pro captu mentis sue vnusq̄sqȝ sniam suā ꝓferret ī mediū: et alij quidē hoc in ieiuniorū vigiliarūqȝ studio collocarent. ꝙ his videlicꝫ extenuata mens. ac puritatem cordis et corporis assecuta. deo facilius vniret: alij ī nuditate et cōtemptu vniuersarū rerū. quibus mēs si penitus exueretur. tāqȝ nullis deinceps retinētib⁹ laqueis ad deū expeditior perueniret: alij anachoresin necessariā. i. remotionē et heremi secreta censerent: in qua cōmanens quis. familiarius interpellare deū eiqȝ possit peculiarius inherere. nōnulliqȝ in primis sectāda charitatis. i. hūanitatis officia definirēt. que pio erga fratres et peregrinos studio susceptionis īpenditur: ꝙ his duntaxat officijs regna celorū daturū se dn̄s in euāgelio. velut specialius repromittat dicens. Venite benedicti patris mei. possidere paratū vobis regnū a constitutiōe mundi. Esuriui enī et dedistis mihi mādūcare. Sitiui: et dedistis mihi bibere. et c̄. Cunqȝ in hūc modū diuersis virtutib⁹. aditū certiorē ad deū parari posse decernerēt. essetqȝ noctis maximū tēpus hac inq̄sitione cōsumptū: itulit demum beatus Antonius. Omnia quidē hec que dixistis necessaria sūt et vtilia sitiētibus deū. atqȝ ad deū cupientib⁹ peruenire: sed his principalē tribuere gratiā nequaqȝ nos ī numeri multorū casus et experimenta permittunt. Nā quosdam sepenumero acerrime ieiunijs seu vigilijs incubantes. ac mirifice in solitudine secedentes. priuationē quoqȝ omniū facultatū ita sectantes. vt ex ipsis ne vni⁹ q̄dē diei victū sibimet vnūqȝ denariū superesse paterent: hūanitatis ēt studia tota deuotiōe cōplētes. ita vidimus repēte deceptos vt arreptū opus nō potuerit cōgruo exitu terminare: sūmūqȝ feruorē et cōuersationē laudabilē detestabili fine clauserint. Quāobrē q̄d pricipaliter ducat ad deū manifeste poterimus agnoscere. si ruine ac deceptionis illorum causa diligentius a nobis fuerit indagata. Illis nāqȝ cū exuberarēt predictarum opera virtutū. discretio sola deficiēs vsqȝ ad finem ea durare nō sinit. nec enī alia lapsus eorū cā deprehēditur. nisi q̄d minus a seniorib⁹ nostris instituti. nequaqȝ potuerūt rationē discretionis huius adipisci. que pretermittēs vtranqȝ nimietatem. via regia monachū docet sēper icedere: et nec dextera vꝛtutū ꝑmittit extolli. i. feruoris excessu ꝯtinentie iuste modū trāscendere. nec oblectatū remissione deflectere ad vicia sinistra concedit: hoc est sub pretextu gubernandi corporis cōtrario spiritus tepore lētescere. hec nanqȝ est discretio que oculus et lucerna corporis in euangelio nuncupatur. s̄m illā sniā saluatoris. Lucerna corporis tui est oculus tuus: ꝙ si oculus tuus simplex fuerit. totum corpus tuū lucidū erit. Si autē oculus tuus nequā fuerit. totum corpus tuū tenebrosū erit: eo ꝙ ipsas cogitationes hominis vniuersas actusqȝ discernens cuncta que gerenda sunt peruideat atqȝ perlustret. que si ī homīe neqȝ fuerit idest nō vero iudicio et sciētia cōmunita. seu quolibet errore ac presumptione decepta. totū corp⁹ nostꝝ faciet tenebrosū: hoc ē oēs aciē mentis actusqȝ nr̄os reddet obscuros: cecitate. s. viciorū et ꝑturbationū tenebris īuolutos. Si. n.

inquit lumē qđ in te est tenebre sūt. tenebre ipe q̄te erūt. Nulli nāq3 dubiū est errante iudicio cordis ⁊ ignoratiōis nocte possesso. cogitatiōes quoq3 ⁊ opera nostra que ex discretiōis deliberatione descēdūt. maioribus peccatoꝝ tenebris implicari.

Ⲥ De errore saulis ⁊ achab quo p discretionis iperitiam sunt decepti. Cap. iij.

Eniq3 ille qui p̄mus ad regnandū populo
d israel iudicio dei p̄elect⁹ ē. q2 hūc discretionis oculū neq̄q̄ habuit. velut toto corpore tenebrosus effectus. etiā ipso regno tradito sibi meruit spoliari: dū lucerne hui⁹ tenebris atq3 errore deceptus. acceptabiliora deo sacrificia sua q̄ p̄cepti samuel' obiā iudicauit: atq3 eū ex illa magis pre offēsionē incurrere fecit. ex qua repropiciandā sibi diuinā sperauerat maiestatē. Huius iquā discretionis ignoratio achab regē israel post illius sublimissimi triūphi victoriā q' ei fuerat dei fauore cōcessus credere persuasit meliorē esse misicordiā suā q̄ executionē seuerissimi p̄cepti. ⁊ quēadmodū sibi videbat crudelis iperij. Qua cōsideratiōe mollitus dū mauult cruētā victoriā clemētia tempare: ob indiscretā miscōiā velut toto corpore reddit⁹ tenebrosus irreuocabili morte damnatur.

Ⲥ Que de bono discretionis in scripturis sanctis referantur. Ca. iiij.

Ec ē discretio q̄ nō solū lucerna corporis
b sed etiā sol ab apostolo nūcupat: ẜm illud. Sol nō occidat sup iracundiā v̄rā. Hec ēt vite nostre gubernatio dr: ẜm illud. Quib⁹ nō ē gubernatio cadūt vt folia. Hec ɔsiliū rectissime nominat. sine quo nihil agere omīo scripture auctoritate pmittimur: ita vt ne ipsū quidē spiritale vinū. i. gaudiū qđ letificat cor homis sine ipsius sinamur moderatiōe pcipere: ẜ3 illud. Cū cōsilio omnia fac: cū cōsilio vinū bibe. Et iterū. Sicut ciuitas muris diruta ⁊ nō circūdata: sic ē vir q nō cū cōsilio aliquid agit. Cuius puatio q̄ pniciosa sit monacho. testionij huius exēplū ac figura declarat: dirute eū ac sine muris cōparās ciuitati. In hac sapiētia. i hac intellectus sensusq3 cōsistit: sine qb⁹ nec interior nostra edificari domus nec spirituales poterunt diuitie cōgregari: ẜm illud. Cū sapiētia edificat dom⁹ ⁊ cū intellectu iterū erigit: cū sensu iplent cellaria oībus diuitijs p̄ciosis ⁊ bonis. hic iquā est solidus cibus q nisi a pfectis tātū ac robustis assumi non poterit: ẜ3 illud. Perfectorū aūt est solidus cib⁹ eorū q p cōsuetudine exercitatos hn̄t sensus ad discretionē boni ac mali. Que itantū vtilis nobis ac necessaria cōprobat. vt etiā v̄bo dei eiusq3 virtutibus coaptetur: ẜ3 illud. Viuus ē eni dei sermo ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti. ⁊ ptingens vsq3 ad diuisionē anīe ac spiritus. cōpagū quoq3 ⁊ medullarū. ⁊ discretor cogitationū ⁊ itētionū cordis. Quibus manifestissime declarat. nullā sine discretionis gratia pfecte posse vel pfici vel stare virtutē. Et ita tā beati antonij q̄ vniuersorū sentētia diffinitū est.

discretionē eē q̄ fixo gradu itrepidū monachū pducat ad deū. predictasq3 v̄tutes iugit ɔseruet illesas: cū qua ad cōsūmatiōis excelsa fastigia miore possit fatigatiōe cōscendi: ⁊ sine qua multi etiā ,ppēsius laborātes. pfectiōis nequerit culmē attigere. Omniū nnaq3 v̄tutum generatrix: custos: moderatrixq3 discretio est.

Ⲥ De morte heronis senis. ca. v.

Ut hāc eandē diffinitionē antiquitus a
e sancto antonio ⁊ ceteris patrib⁹ ,pmulgatā. recēs quoq3 sicut ,pmisim⁹ cōfirmet exēplū: recolite id qđ nup gestū oculorū v̄rorū vidistis obtutibus: senē videlicet heronē āte paucos admodū dies illusiōe diabolica a sūmis ad ima delectū. quē qnqginta ānis i hac heremo cōmoratū. singulari districtiōe rigorē cōtinentie tenuisse cognoscim⁹. ⁊ solitudinis secreta vltra oēs hic cōmorātes miro feruore sectatū. Hic igitur quo pacto q̄ve ratiōe p⁹ tātos labores ab isidiatore delusus: grauissimo corruēs lapsu cūctos i hac heremo ɔstitutos luctuoso dolore pcussit. Nōne q2 min⁹ discretiōis v̄tute possessa suis diffinitiōib⁹ regi q̄ cōsilijs vel collatiōib⁹ fratrū atq3 institutis maioꝝ maluit obedire. Sīqdē tāto rigore imutabilē ieiunij ɔtinētiā semp exercuit ⁊ solitudinis cellesq3 ita iugiter secreta sectat⁹ est. vt ab eo partipatione ieiūdi cū fraternitate cōuiuij. nec veneratio qdē diei pascalis aliquādo potuerit obtinere. In qua fratrib⁹ cūctis ,p āniuersaria solēnitate i ecclesia retentis. solus nō potuit aggregari: ne quātulūcūq3 pceptione leguminis parui a suo videretur ,pposito relaxasse. Qua presūptiōe deceptus angelū sathane velut angelū lucis cū sūma veneratiōe suscipiēs. eiusq3 p̄ceptis ,pno obediēs famulatu. semetipsū in puteū. cuius ,pfūditatē oculorū nō attingit ituitus p̄cipitē dedit: de angeli videlicē sui spōsione nō dubitās. q eū ,p merito v̄tutū ac laborū suoꝝ neq̄q̄ posse firmauerat vlli iam discrimini subiacere. Cuius rei fidē v̄t experimēto sue sospitatis euidētissime cōprobaret. supradicto se puteo nocte itēpesta illusus iniecit: magnū. s. virtutis sue meritū ,pbaturus. cū inde exisset illesus. De quo igenti fratrū labore cū pene iā exāguis fuisset extractus vitā die tertia finiturus. q3 his deteri⁹ est. ita in deceptionis sue obstinatione pmāsit. vt ei ne experimēto qdē mortis sue potuerit persuaderi. q3 fuisset demonū calliditate delusus. Quāobrē ,p meritis laborū tantorū ⁊ ānoꝝ nūerositate qua i heremo perdurauit. hoc miseratiōe ⁊ hūanitate sūma. ab his q eius cōpatiebantur exitio. vix a presbitero abbate Paphnutio potuit obtineri: vt nō inter byothanatos reputatus. etiā memoria ⁊ oblatione pausantiū iudicaretur indignus.

Ⲥ De ruina duorum fratrum ob discretionis imperitiam. Ca. vi.

Uid dicā de illis duōb⁹ fratrib⁹ qui habi
q tantes vltra illā heremū thebaydos. vbi quōdā fuerat beatus antoni⁹ cōmoratus: minus cauta discretiōe pmoti. eūtes p extētā solitudinem

tudinis vastitatē.nullā esca penitꝰ sumere decreuerunt nisi quā p semetipm dominꝰ illis pstitisset. Cūq errantes eos p deserta ꝛ deficientes iā fame cōperissent a longe mazices qdam.que gens cunctis pene nationibꝰ feris imanior atq crudelior est:nō.n. eos ad effusionē sanguinis vt nōnullas gentes desideriū prede.sz sola ferocitas mentis instigat:eisq cōtra naturā feritatis sue cū panibꝰ occurrissent.vnus ex eis subueniēte discretione velut a dño sibi porrectos.cū gaudio ꝛ gratiaꝝ actiōe suscepit.reputās escā sibi diuinitꝰ ministrari:nec sine deo factū vt hi q semp hominū cruore gauderēt.deficientibꝰ iā ac tabescentibꝰ vite substātiā largirent:alius vero recusans cibū velut ab homine sibi oblatū inedie defectiōe cōsumptus est. Quorū licet initia ex reprehensibili psuasione descenderint.vnꝰ tamē subueniente discretiōe id qd temere incauteq ɔceperat emēdasse agnoscit:alius autē in stulta psumptiōe pdurans a c penitꝰ discretiōis ignarus.mortē quā dominus auertere voluit sibipi cōsciuit. nequaq credens diuino instinctu factū q imitis populꝰ ppie feritatis oblitus panes eis pro gladijs obtulissent.

Ꝋ De alterius illusione quam p impitiam discretionis incurrit. Cap.vij.

Quid etiam de illo cōmemorē cuiꝰ nominis qr adhuc supest nolumus facere mentionē.qui dū longo tēpore demonē i angeli suscepit claritate.reuelationibꝰ eius inumeris sepe deceptus credidit internunciū eē iustitie. Nā exceptis his etiā p omnes noctes in cella eiꝰ lumen absq vllius lucerne pbebat officio. Ad extremū iubet ab ipso.vt deo filiū suū q cū eodē pariter cōmanebat.deuotus offerret:vt hoc scilicet sacrificio abrahe patriarche meritis in nullo iueniret iferior. Cuius intantū est credulitate seductꝰ.vt hoc cōfestim paricidiū opere pfecisset:nisi eū vidēs puer cultrū extra cōsuetudinē acuēdo pparare.ꝛ vincula qbus eū velut oblaturus ad imolandū ɔstringere disponebat ingrere psagio sceleris futuri perterritus.e cella cōcitus aufugisset.

Ꝋ De lapsu ꝛ deceptione monachi mesopotamei. Capitulum. viij.

Longū est deceptionē illius quoq monachi mesopotamei pcurrere.q in illa puincia ppaucis imitabilē exhibens cōtinētiā.quā p annos multos singularit incella retrusus exegerat:ita est ad extremū diabolicis reuelationibus somnijsq delusus.vt post tantos labores atq virtutes qbus omnes monachos ibidē residētes excesserat.ad iudaismū ꝛ circūcisionē carnis lapsu miserabili fuerit deuolutꝰ:eo q illi solita visione qua volens eū ad credulitatē future deceptionis illicere.verissima queq mltro tēpore diabolus velut veritatis nūciꝰ reuelarat:ostēderat demū christianū populū vna cū pricipibꝰ religiōis ac fidei nostre apostolis.s.atq martyribꝰ tenebrosū ac tetrū omniq macie tabidū atq deformē.ꝛ ecōtra iudeorū populū vna cū moyse patriarchis atq pphetis summa tripudiātē leticia.ꝛ splendidissimo lumie choruscātē.ac pinde suadēs si mallet meriti ac beatitudinis illoꝝ particeps fieri.circūcisionē quoq suscipe festinaret. Horꝝ pfecto tam lugubrit nemo fuisset illusus.si ratione discretiōis huiꝰ asseq laborasset. Quāobrē in quātis pniciosū sit discretiōis grāz nō hre.multoꝝ cesus ꝛ expimēta declarant.

Ꝋ Interrogatio d agrēda vera discretiōe. Ca.ix.

Germanꝰ. Et nouellis exēplis ꝛ testionijs antiquoꝝ satis abunde ppatuit discretiōē fontē quodāmodo atq radicē cunctaꝝ esse virtutū. Quomō ergo acqri debeat cupimꝰ nobis exponi.aut queadmodū vtrū vera ꝛ ex deo an falsa ꝛ diabolica sit possit agnosci:vt sm illā euāgelicā quā supiore tractatu diseruisti parabolā qua iubemur fieri pbabiles trapezite.nūmismati impssā veri regis imaginē puidentes dephendere valeamus q nō desit in moneta legitima figuratū:atq illud sicut vulgari vsus verbo hesterna collatione dixisti tanq paracaraximū reprobemꝰ.illa instructi peritia quā satis copiose ꝛ itegre psequutꝰ habere spiritalē atq euāgelicū trapezitā debere signasti. Quid.n. pderit virtutis eiꝰ ꝛ gratie merita cognouisse.si queadmodū debeamus expetere eā vel acqrere nesciamus.

Ꝋ Responsio quemadmodū possideatur vera discretio. Ca.x.

Moises. Vera inqt discretio nō nisi vā humilitate acqrit. Cuiꝰ hūilitatis nō ficte hec erit pria pbatio.si vniuersa nō solū que agenda sunt sz ēt q cogitant senioꝝ refuent examini:vt nihil qs suo iudicio credēs illoꝝ p oia diffinitionibꝰ acqescat:ꝛ qd bonū vel malū debeat iudicare eoꝝ traditiōe cognoscat. Que istitutio nō solū p verā discretiōis viā iuuenē recto tramite docebit icedere.verū ēt a cūctis fraudibꝰ ꝛ insidijs inimici sbuabit illesū. Nullatenꝰ.n.decipi poterit qsq n suo iudicio sz maioꝝ viuit exēplo. Nec valebit ignorationi eiꝰ callidꝰ hostis illudere.q vniuersas cogitationes i corde nascētes pniciōsa verecundia nescit obtegere:sz eas maturo examie seniorū vel reprobat vel admittit. Illico nāq vt patefacta fuerit cogitatio maligna marcescit:ꝛ anteq discretōis iudiciū pferat.serpens teterrimus velut e tenebroso ac subterraneo specu virtute ɔfessionis ptractꝰ ad lucē ꝛ traductꝰ quodāmō ac dhonestatꝰ abscedit. Tā diu.n.suggestiōes eiꝰ noxie dñant i nobis qdiu celant i corde. Et vt virtutē snie huiꝰ efficaciꝰ colligatis.referā vobis abbatis serapiōis factū:qd ille iunioribꝰ solebat istructiōis gratia frequent inferre.

Ꝋ Verba abbatis serapiōis ꝛ d marcore patefactarū cogitationū.ꝛ de piculo ppie cōfidētie. Ca.xi.

Cum adhuc essē puerulꝰ inqt ꝛ cū abbate theōa cōmanerē:hec mihi fuerat inimici ipugnatiōe ɔsuetudo feralis igesta.vt post q refecissē hora nona cū sene.vnū paximaciū quo

tidie i sinu meo latent abscōdere qđ sero illo igno-
rāte occulte edebā. Qđ furtū licet cōniuētia volū-
tati ⁊ inoliti semel desiderij icōtinētia sine cessatiōe
committerē: expleta tñ ɔcupiscētia fraudulenta ad
memetipm reuertēs sup admisso furti crimine gra
ui⁹ cruciabar q̄ sup esu ei⁹ fueraȝ iocūdat⁹. Cūq̧
illud molestissimū op⁹ velut ab exactorib⁹ pharao
nis idictū mihi vice lateꝝ singulis dieb⁹ explere nō
sine dolore cordis mei cōpellerer. nec tñ eruerē me
posseȝ ab hac eoꝝ seuissima tyrānide. ⁊ clādestinuȝ
furtū seni manifestare cōfunderer: cōtigit dei nutu
de hoc me captiuitat iugo volent eripe. vt qdā fra
tres cellā senis obtētu edificatiōis expeterēt. Cū-
q̧ refectiōe trāsacta collatio spiritalis cepisset agi-
tari. respōdensq̧ senex ꝓposit iterrogationib⁹ eo-
rū cū de castrimargie vicio ⁊ occultaꝝ cogitationū
dñatione dissereret. earūq̧ naturā ⁊ atrocissimā vi
quā haberēt donec celarent exponeret: cōpunctus
ego collatiōis hui⁹ virtute ɔsciētie mee reatu pter
rit⁹. velut q credere ob hoc ea fuisse ꝓlata q̧ seni fu
erint secreta mei pectoris patefacta. i occultos pri-
mū gemit⁹ excitat⁹. deinde cordis mei cōpunctiōe
crescēte i ap̄tos singult⁹ lachrimasq̧ ꝓrūpens: pa-
ximaciū qđ ɔsuetudie viciosa clācule parauerā co-
medendū. de sinu furti mei cōscio ac susceptore ꝓ
duxi: ipmq̧ in mediū ꝓferēs. quēadmodum quoti
die iuolās ipm latent ederē penitētiā corā eo in ter
rā submissus cū venie postulatiōe ɔfess⁹ suȝ. ⁊ vber
riȝ ꝓfusis lachrymis absolutiōeȝ dirissime captiui-
tat hui⁹ intercessiōib⁹ eoruȝ atq̧ orōnib⁹ iplorani.
Tūc senex. Confide ait o puer. absoluit te a capti-
uitate. ēt me tacēte ɔfessio tua. Victorē nāq̧ aduer-
sariū tuū hodie triūphasti: validi⁹ eū tua ɔfessione
elidēs q̄ ipe fueras ab eo tua taciturnitate deiect⁹
quē nequaq̄ vel tua vel alteri⁹ respōsiōe ɔfutans.
in te nūc vsq̧ pmiseras dñari. ẜm illam salomonis
sniaȝ: qr nō fit ɔtradictio ab his q faciūt malū cito:
ideo repletum est cor filioꝝ hominū in ipsis vt faci
ant mala. Et idcirco iam te post hanc publicatio-
nem suaȝ neqssim⁹ spirit⁹ iste nullaten⁹ iqerabit vl
teri⁹: nec in te latibulū sibi teterrim⁹ ẜpēs deinceps
vsurpabit. de tenebris tui cordis ɔfessiōe salutari
ꝓtract⁹ ad lucē. necduȝ senex hec v̄ba cōpleuerat:
⁊ ecce lāpas accēsa de meo sinu ꝓcedēs. tāto cellaȝ
repleuit odore sulphureo vt vehemētia fetoris ipi
us vix i ea residere possem⁹. Resumēsq̧ senex admo
nitionē: ecce inqt dñs tibi veritatē ẜmonū meoruȝ
experimēto ꝓbauit. vt passiōis incētorē de corde tuo
cōfessiōe salubri fugatū. oculoꝝ fide pcipes: patefa
ctūq̧ hostē nequaq̄ locū i te vlteri⁹ habituꝝ apta
ei⁹ expulsiōe cognosceres. Itaq̧ ẜm sniaȝ senis. ita
est inqt in me ɔfessiōis hui⁹ virtute dñatio diabo-
lice illi⁹ tyrānidis extīcta atq̧ ipetuū cōsopita: vt
nunq̄ mihi ne memoriā qdeȝ ɔcupiscētie hui⁹ vlte
ri⁹ tēptauerit inimic⁹ igerere. nec me post hec aliqñ
pulsatuȝ furtiui illi⁹ desiderij instigatiōe psenseriȝ.
Quē sensuȝ in ecclesiaste quoq̧ pulcherrime legi-
mus figuratū. Si momorderit inqt serpēs nō in si
bilo: nō est abundātia incātatori. taciti ẜpent mor
suȝ pniciosuȝ esse designās. i. si p ɔfessionē siue ɔsen
suȝ suggestio seu cogitatio diabolica incātatori cui
quā spiritali. s. viro q carminib⁹ scripturaꝝ mede-
ri ꝓtin⁹ vulneri ⁊ extrahere de corde viri cōsueuit
noxia venena ẜpent patefacta nō fuerit: succurrere
piclitāti pituroue nō poterit. Hoc igit mō ad sciaȝ
discretiōis vere puenire facillime poterim⁹ vt seni-
orū vestigia subsequentes neq̧ agere qcq̄ noui. ne
q̧ discernere nostro iudicio ꝓsumam⁹. sȝ quēadmo
duȝ nos vel traditio illoꝝ vel vite ꝓbitas informa
rit in omnib⁹ gradiamur. Qua institutiōe firmat⁹
nō mō ad pfectā discretiōis rōneȝ qsq̧ puenit. ve
rū etiā munit⁹ a cunct insidijs inimici ⁊ tutissimus
pmanebit. Nullo nanq̧ alio vicio taȝ p̄cipitē dia-
bolus monachū ptrahit ac pducit ad mortē q̄ cuȝ
euȝ neglect cōsilijs senioꝝ in suo iudicio persuase-
rit ac diffinitione doctrinaue confidere. Et eniȝ cū
omnes artes ac discipline humano ingenio reper-
te: ⁊ q̄ nihil amplius q̄ vite huius tēporanee cōmo-
dis ꝓsunt. lȝ manu palpari qant. ⁊ oculis puideri.
recte tñ a quoq̄ sine instituent doctrina nequeant
cōprehendi. q̄ ineptū est credere hāc solā nō egere
doctore q̄ ⁊ inuisibilis ⁊ occulta ē. ⁊ q̄ nō solū ocu-
lis sed ne animo qdē nisi corde purissimo pspici po-
terit. cui⁹ error nō tēporale dānū nec qđ facile repa
ret. sȝ anime pditionē parit mortēq̧ ppetuā. Habȝ
n. nō aduersus visibiles atq̧ imites hostes diurnū
nocturnūq̧ cōflictū. nec cōtra vnū seu duos sed cō-
tra inumerabiles cateruas spiritale certamē cuius
casus tāto pniciosior cunct quāto ⁊ infestior inimi-
cus. ⁊ cōgressus occultior. Et ideo semp seniorum
sūma diligētia sunt sectāda vestigia. atq̧ ad eos cū
cta q̄ in nostris cordib⁹ oriuntur sublato cōfusio-
nis velamine deferenda:

¶ Confessio verecundie ob quā cōfūdimur co-
gitationes nostras seniorib⁹ reuelare Ca. xij.

Germanus. Occasionē nobis pniciose ve-
recundie qua cogitationes malas studea
m⁹ obtegere. ac salutari eas patefacere cō-
fessione vereamur. illa pcipue erit causa. qua noui-
mus quēdā in syrie partib⁹ vt credebat̄ pcipuuȝ se
nioꝝ cuidā fratri cogitatiōes suas simplici ɔfessio-
ne ꝓdēti. postmodū quadā idignatiōe cōmotū eas-
deȝ grauiter exprobrasse. Unde fit vt dū eas in no-
bis pmim⁹ ac seniorib⁹ erubescim⁹ publicare: curatio
nū remedia cōsequi nequeamus.

¶ Responsio de cōfusiōe calcanda ⁊ periculo nō
condolentis. C. xiij.

Moises. Sicut nō sunt omnes iuuenes pa-
ri mō vel feruentes spiritu vel disciplinis
ac morib⁹ optimis instituti: ita ne senes q-
dem cuncti vno modo vel pfecti possunt vel ꝓbatis-
simi reperiri. Diuitie eniȝ senuȝ nō sunt canicie ca
pitis sed industria iuuentut ac preteritoꝝ laboruȝ
stipendijs metiende. Que eniȝ nō cōgregasti inqt

sErenus. Duas questiōes nō mediocres pariter proposuistis: de quibus quantum possuz eodem quo proposuistis ordine respondebo. Nullo modo credendum est spiritales naturas coire cum feminis carnaliter posse. Quod si aliquando hoc sm litteraz fieri potuisset: quomodo nūc quoqz vel frequēter vl raro idipsū nō euenire contingeret: et absqz semine vel coitu viri aliquos nasci similiter de mulieribus conceptu demonū cerneremus: cuz presertiz constet eos libidinuz sordibus admoduz delectari: quas procul dubio per semetipsos exercere plusqz per homines mallent. si illud vllo modo potuisset impleri ecclesiaste quoqz idipsum pronunciante. Quid est quod fuit: idipsū quod est: et quid est quod factum est: idipsum quod fiet: et nō est omne recens sub sole quod loquatur et dicat. Ecce hoc nouū ē: iaz fuerūt in seculis que fuerunt ante nos. Sed ita questio historie huius absolnitur. Post necem abel iusti ne a fratricida et ipio omne hominū genus exordium sumeret. in locum

fratris extincti nascitur seth: qui nō soluꝫ posterita-ti sed etiam fraterne pietati succederet. Cuius progenies sequuta patris iustitiam a societate ⁊ cōiūctione cognationis illius que ex cayn sacrilego descendebat semper diuisa permansit: sicut etiam genealogie descriptio māifeste declarat ita dicēs. Adā genuit seth. Seth gēuit enos. Enos genuit caynā. Caynā autē genuit malalehel. Malalehel aūt genuit iareth. Jareth aūt genuit enoch. Enoch autē gēuit matusalē. Matusalē gēuit lamech. Lamech genuit noe. Jtē genealogia cayn ita diuisa dscribit. Cayn genuit enoch. Enoch genuit Jrath. Jrath gēuit maniahel. Maniahel gēuit matusahel. Matusahel genuit lamech. Lamech gēuit tubal. Jtaqꝫ illa generatio q̄ de seth iusti ꝓpagie descēdebat. sue linee iugit ⁊ agnatōi ꝑmixta i p̄ris atqꝫ attaui scita te lōga etate durauit: nec q̄cꝫ. s. sacrilegijs ac malicia neq̄ssime ꝓlis isecta: q̄ i semet ipietatꝭ germen velut attaui traditiōe retinebat isertū. Donec ergo ꝑseuerauit iter illos generatōis eoꝝ ista discretio semē illud seth vtpote de optia radice ꝓcedēs: ꝓ merito sāctitatis taꝫ sue q̄ꝫ patrū angeli dei siue vt diuersa exēplaria cōtinēt: filij dei vocati sūt: ⁊ ecōtrario illi ꝓpter ipietatē vel suā vel patrū suoꝝ ⁊ opa terrena filij hominū nūcupant. Cū eēt ḡ int ipsos vsqꝫ ad illud tps h̄ vtil bonaqꝫ diuisio: vidētes post hec filij seth q filij dei erāt: filias eoꝝ q de cayn ꝓgēie nascebāt. desiderio pulchritudinis eaꝝ accēsi acceperūt sibimet de ipsis vxores: q̄ viris suis isūdētes nequicias patrū suorū. ab illa eos igenita sāctitate ac simplicitate paterna ꝓriꝰ corruperūt: ad quos satꝭ cōgrue directū ē illud eloquꝫ. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi oēs. Vos aūt sic hoies moriemi: ⁊ sicut vnꝰ de p̄ncipibꝰ cadetꝭ. Quiqꝫ ab illa vera physice philosophie disciplia tradita sibi a maioribꝰ exciderūt: quā primꝰ homo ille q vniuersaꝝ naturarū istitutioneꝫ evestigio subsequutꝰ est. potuit euidēter attingere. suisqꝫ posteris certa rōe trāsmittere. Quippe q mūdi ipsius ifātiā adhuc tenerā. ⁊ quodāmō palpitātē rudēqꝫ cōspexerat: ⁊ i quē tanta ē nō soluꝫ sapiētie plenitudo. sed ēt gratia ꝓphetie diuina illa isufflatiōe trāsfusa vt vniuersis animātibꝰ nomia rudis adhuc mūdi huiꝰ habitator iponeret: ac nō solū oigenū bestiarū atꝫ serpētiū furores virusqꝫ discerneret. sꝫ ēt v̓tutes herbarū arboꝝ quoqꝫ lapidūqꝫ naturas ac tēpoꝝ necdū exptoꝝ vicissitudies ꝑtiret. ita vt potuerit efficacit dicer. Dn̄s ōdit mihi bonoꝝ horū que sūt sciaꝫ verā: vt sciaꝫ dispositōes orbis terraꝝ. ⁊ virtutes elemētoꝝ. initiū ⁊ cōsūmationē ⁊ medietatē tēpoꝝ: annoꝝ cursus ⁊ stellaꝝ dispositiōes. viꝫ spūuꝫ. ⁊ cogitatiōes hoiꝫ. differētias arborū ⁊ virtutes radicū: ⁊ q̄ sūt abcōdita ⁊ iprouisa cognoui. Hāc ḡ sciaꝫ oim naturarū ꝑ successiōes generationū semē seth paterna traditōe suscipiens. donec diuisū a sacrilega ꝓpagine ꝑdurauit: quēadmodū sācte pceperat. ita ēt vel ad dei cultuꝫ vel ad vtilitatē vite cōmunis exercuit. Cū vo fuisset ipe generatiōi ꝑmixtū. ad res ꝓphanas ac noxias que pie didicerat isticu q̄deꝫ demonū diriuauit: curiosasqꝫ ex ea maleficioꝝ artes atqꝫ p̄stigias ac magicas supstitiōes audacter instituit. docens posteros suos vt sacꝭ illa cultura diuini nois derelicta. vel elemēta hec vel ignē vel aereos demōes venerarent ⁊ colerēt. Hec igit quā diximꝰ curiosarū rerū noticia quō diluuio nō ꝑierit. ac supuenietibꝰ seculis inotuerit: lꝫ hoc minie absolutio ꝓposite q̄stiōis exposcat tn̄ q2 nos occasio huiꝰ expositōis admonuit ꝑstringēdū breuit puto. Quātū itaqꝫ antique traditiōes ferūt. chaꝫ filius noe q supstitiōibꝰ istis ⁊ sacrilegis fuit artibꝰ ac ꝓphanis isectꝰ: sciēs nullū se posse sup his meōrialē librū i archā ꝓrsus iferre i q̄ erat vna cū p̄re iusto ac sanctis fratribꝰ igressurus: scelestas artes ac ꝓphāna cōmēta diuersorū metallorū laminis. que. s. aquaꝝ nō corrūperēt iiuria. ⁊ durissimis lapidibꝰ i sculpsit: que diluuio pacto eadē q̄ illa celauerat curiositate ꝑquirēs: sacrilegioꝝ ac ꝑpetue nequicie seminariū trāsmisit i posteros. Hac itaqꝫ rōe illa opinio vulgi qua credūt angelos vel maleficia vl̓ diuersas artes hōinibꝰ tradidisse: i veritate cōpleta est. De illis ergo quēadmodū diximus filijs seth ⁊ filiabꝰ cayn neqores filij ꝓcreati sūt: q fuerūt robustissimi venatores. violentissimi ac truculētissimi viri: qui ꝓ enormitate corpoꝝ vel crudelitatis ac malicie gigātes nūcupari sunt. Hi nāqꝫ fines inuadere ac rapinas iter hōies agere ꝑmi ceperunt: preda potius exigere vitaꝫ suaꝫ q̄ꝫ sudore operis sui ac labore cōtenti. Et quorū vsqꝫ adeo scelera supcreuerāt: vt nisi inūdatōe diluuij alias mūdus expiari nō posset. Jta ergo filijs seth libidinis istigatione trāsgressis: illud mādatuꝫ qō ab exordio mūdi huius naturali instincto diutissime fuerat custoditū. necesse fuerat per litteraꝫ legis postea reparari. Filiaꝫ tuaꝫ nō dabis filio eius vxorē. nec de filiabus eorū accipies filio tuo: q2 seducēt corda vestra vt discedatis a deo vestro ⁊ sequamini deos earum ac seruiatis eis.

¶ Obiectio quēadmoduꝫ generi seth cuꝫ filiabus cayn prophana cōmixtio ante interdictuꝫ legis potuerit imputari. Ca. xxij.

g Ermanus. Merito potuisset illis ex hac presumptione vel nouitate coniugij crimen transgressionis ascribi: si data fuisset illis ista preceptio. At cuꝫ seiunctōis istius obseruātia necduꝫ aliqua fuisset cōstitutione prefixa. quemadmodum illis permixtio generis ad noxaꝫ debuit imputari que nullo fuerat interdicta mādato. Lex eniꝫ non preterita solet crimina sꝫ futura damnare.

¶ Respōsio q̄ꝫ naturali legi ab initio homies iudidicio seu pene fuerunt obnoxij. Ca. xxiij.

s Erenus. Deus hominez creans omnem naturaliter ei scientiam legis inseruit: que si fuisset ab homine scdm̄ propositū domini vt ceperat custodita. non vtiqꝫ necessarium fuisset aliam dari que per litteram postea promulgata est. Erat enim superfluum extrinsecus offerri

remediū.qđ adhuc intrīsecus tenebat̄ isertuȝ Sed quia hec vt diximus corrumpi cepit libertate vsuq₃ peccādi.velut hui⁹ exactor ꝛ executor ac vindex. ꝛ vt ipsis scripture vbis eloq̄r.adiutrix apposita est mosaice legis seuerissima diraq₃ distictio: vt vel metu pene p̄ntis nō penit⁹ bonū scie naturał extinguerēt.s₃ ꝓphete sniaȝ legē dās i aditoriū:q̄ ēt s₃ apl'z pedagogus velut puulis data fuisse describit̄:erudiens.s.eos atq₃ custodiēs.ne ab illa discipliā i qua naturalit̄ fuerāt istituti q̄dā obliuiōe discederēt. Naȝ q₃ sit homī ois scia legis ab initio creatiōis infusa. hic māifeste.ꝓbat̄ q₃ mādata leg̃ absq₃ lr̄e lectōe añ legē imo añ diluuiū oēs sāctos obſuasse cognoscim⁹. Queādmodū.n.scire potuit abel necdum lege mādāte.q₃ offerre deo de p̄mitiuis ouiū suarū.ꝛ de adipe ipsarū ad sacrificiū debuissȝ.nisi p isitam sibi legē naturalit̄ fuisset edoct⁹. Queādmodū noe qđ mūdū vel qđ imūdū eēt animal decreuisset.nūdū h̄ legali distinguēte mādato.nisi scia naturali fuisset istruct⁹. Uñ enoch didicit ambulare cū deo.nullā legis illuminatiōeȝ ab aliquo ꝯsequut⁹. Ubi sē ꝛ iafeth legerāt turpitudinē p̄ris tui nō reuelabis.vt incedētes retrorsū p̄ris vereñda velarēt. Uñ monitus abraa⁹ deuict̄ hostib⁹ nihil accipe de eoꝝ spolijs acquiescit.ne retributionē laboris sui cōsequeret̄ abstinuit.vel decias sacerdoti melchisedech q̄ mosaica lege p̄cipiūtur exsoluit. Uñ idē ipse abraā vñ loth. trāseūtib⁹ ac pegrinis hūanitat̄ iura ꝛ ablutionem pedū.necdū euāgelico choruscāte mādato supplicit̄ obtulerūt. Uñ iob tātā deuotionē fidei.tātā castimōie puritatē.tātā hūilitat̄:māsuetudinis: mie: hūanitat̄ sciaȝ ꝯsequut⁹ ē.quātā nūc ne ab illis quidē q euāgelia mēorit̄ tenēt videm⁹ ipleri. Quē sānctoꝝ legim⁹ añ legē vllū legis violasse mandatum. Quis illoꝝ nō custodiuit: Audi isrl' dn̄s deus tu⁹ dn̄s vn⁹ ē. Quis nō ipleuit illoꝝ.nō facies tibi sculptile neq₃ vllā similitudinē eoꝝ q̄ i celo sūt siue q̄ in terra vel eoꝝ q̄ sūt i aquis sub terra. Quis eoꝝ nō obſuauit.honora patrē tuū ꝛ matrē tuā.vel illa q̄ i decalogo subsequūtur.nō occides.nō adulterabis. nō facies furtū.nō falsū testioniū dices.nō cōcupisces vxorē p̄rimi tui.aliaq₃ his multo maiora. qb⁹ nō solū legis.sed ēt euāgelij p̄uenere mandata.

Ꞇ De eo q₃ iuste puniti sunt hi qui ante diluuium peccauerunt. Ca.xxiiij.

Ita ḡ itelligim⁹ab inicio deū oia creasse p fecta:nec fuisse qđ ordinatiōi ei⁹ p̄ncipali velut iprouide ꝛ iperfecte necesse esset supiduci.vel qđ ei addi post h̄ oporteret:si in illo statu ac dispositiōe qua ab ipso creata sūt vniuersa māsissēt. Et idcirco i eos q añ legē imo añ diluuiū peccauerūt .iusto iudicio deū aiaduertisse ꝓbabim⁹: qa trāsgressi naturalē legē sine vlla meruerūt excusatione pūiri. Nec i illoꝝ icidem⁹ blasphemiā calūniāq₃ q ignorātes hāc rōnē derogāt deo veteris testamēti:ac detrahētes nr̄e fidei sub sānantesq₃ dicunt. Quid ḡ placuit deo nr̄o.vt p⁹ tot ānoꝝ milia legē voluerit ꝓmulgare:tāta secula passus homīeȝ sine lege trāsire. Qđ si postea meli⁹ aliqđ adiuenit: apparet eū i p̄mordio mundi inferiora vel deteriora sapuisse.ꝛ post h̄ velut expimētis edoctū cepisse rectiora ꝓspicere.ac p̄ncipales ordiatōes suas i melius emēdare. Qđ imēse p̄scie dei penit⁹ cōuenire nō poterit:nec sine igēti blasphemia h̄ de ipsa heretica isania ꝓferet̄.dicēte ecclesiaste. Cognoui qm̄ oia q̄ fecit de⁹ ab initio ipa erūt i eternū. Sup illa nō ē qđ addat̄.ꝛ ab illi nō ē qđ auferat̄. Et idcirco iustis nō ē lex posita:iiustis aūt ꝛ nō subdit̄:ipijs ꝛ peccatoribus:scelerat̄ ꝛ ꝯtaminat̄. Illi nāq₃ habētes naturał illi⁹ atȝ isite legis sanā atq₃ integrā discipinā.nec̄q₃ lege hac extrīsecus adhibita lr̄is descripta q̄q₃ in adiutoriū illi naturali data ē idigebāt. Ex qb⁹ apertissima rōe colligit̄ nec legē istā pscriptā lr̄is ab inicio dari d̄buisse:erat ei h̄ supfluū sic̄i stāte adhuc naturali lege ꝛ integra pmanēte:nec euangelicā pfectionē tradi añ legis potuisse custodiā. Nō ei poterant audire.q te pcusserit i dextra maxilla tua p̄be illi ꝛ alterā:q ꝯtēti ñ erāt taliōis eq̄litate iiurias ꝓprias vlcisci:s₃ letales calces ac teloꝝ vulnera ꝓ alapa leuissima repēdebāt.ꝛ ꝓ minio dēte pcutiētiū aias expetebāt. S₃ nec dici poterat ill'.diligite inimicos vestros.i qb⁹ magn⁹ fructus ꝛ vtilitas dicebat̄ vt amicos suos deligerēt:declinarēt vo iimicos.ꝛ solo ab eis odio d̄sinerēt.nec oppmer̄ illos ite r fice festiarēt.

Ꞇ De diabolo qđ dicitur in euangelio quomō intelligēdū sit quia mēdax est ꝛ pater eius. Ca.xxv.

Illud vo qđ vos de diabolo mouerat. qa mēdax ē ꝛ p̄r eius:q₃ videlicȝ tā ipse q̄₃ p̄r suus mēdax ꝓnūciari videat̄ a dn̄o:sat̄ absurdū ē hoc vł leuit opinari. Ut eni paulo añ dixim⁹:sp̄s sp̄ȝ nō generat.sicut nec aiaȝ qdē p̄ōt aia ꝓcreare.licȝ cōcretionē carnis nō dubitem⁹ hūano semie coalescere:ita de vtraq₃ substantia.i.carnis ꝛ aie aplo ꝓnūciāte.ꝛ q̄ quo auctore ꝓcedat manifesti⁹ explanāte. Deinde p̄res ingt carnis nr̄e habuim⁹ eruditores ꝛ reuerebamur .nō multomagis subijciemur p̄ri spirituū ꝛ viuem⁹. Qui hac diuisione clari⁹ potuit definire.vt carnis qdē nr̄e patres hōines ꝓnūciaret.aīmaruȝ vero deū solū esse p̄reȝ constāter expmeret. Quāq₃ ꝛ i ipsa corporis hui⁹ ꝯcretiōe ministeriū tm̄mō homī sit ascribēdū: sūma vo cōditiōis deo oiȝ creatori dicēte dauid. Man⁹ tue fecerūt me ꝛ plasmauerūt me. Et btūs iob. Nōne sic lac iquit mulsisti me.ꝛ coagulasti me vt caseū ossib⁹ ꝛ neuis iseruisti me. Et dn̄s ad hieremiā. Pri⁹q₃ te formarem in vtero noui te. Ecclesiastes vero vtriusq₃ substantie naturam atq₃ originē examinatione ortus atq₃ initij ex quo vicȝ vnaq₃ ꝓcessit.ꝛ ꝯsideratiōe finis ad queȝ vnaqueq₃ cōcedit:sat̄ eui dēter ac priore colligens pit̄erq₃ de corporis huius atq₃ anime separatione disputās ita deseruit. Pri⁹q₃ ꝯuertat̄ puluis i terrā sic fuit.ꝛ sp̄s reuertat̄ ad deū q dedit eū. Quid apti⁹ potuit dicere q̄₃ vt materiā carnis quā puluerem nominauit.quia de ho-

minis femie sumit exordiū eiusq3 videt ministerio seminari. velut e terra sūptā iterū reuerti pnunciaret ad terrā: spūs vo q nō p cōmixtionē sexus vtriusq3 pcreat. sed specialit a dō solo tribuit. ad auctorē suū redire signaret. Qd etiā p illā dei isufflationē3 qua adā pmit9 animauit. euidenter exprimit. Quib9 testimonijs manifeste colligim9 p̄re3 spūu3 neie3 dici posse nisi deū solū: q eos ex nihilo cū voluerit facit subsistere: homies vero carnis nr̄e p̄res tātūmodo nomiari. Itaq3 z diabolus fm hoc qd vel spūs vel angelus bon9 creat9 ē: p̄re3 nemie3 habuit nisi deu3 cōditorē suū. Qui cū supbia fuisset elat9 z dixisset i corde suo. ascendā sup altitudinē nubiū ero similis altissimo. fact9 est mēdax. z i veritate nō stetit. s3 de pprio neqcie thesauro mēdaciū pferēs. nō solū mēdax sed et pater ipsius mēdacij fact9 ē. quo deitate3 hōi repromittēs ac dicēs. eritis sicut dij. i veritate nō stetit. sed ab initio fact9 ē homicida. vel adā mortalē faciēs. vel abel istigatōe sua p manū frīs iterimēs Sed iā disputationē nostrā duarū ferme noctiū lucubratōe pfectā diei tertij subsequēs aurora cōcludit. ac de pfūdissimo qstionū pelago nauiculā collatōis hui9 ad tutissimū silētij portū cōpēdio nostre rusticitat attraxit. In qō nos qdē pfundū qnto iterius flatus diuini spūs itroduxit. tāto diffusior pcedēs oculorū aciē semp apietur imēsitas. ac fz sniā3 salomōis. longi9 fiet a nobis magis qz erat. z alta pfūditas qs iueniet eā. Quāobrē dnz depcemur vt i nobis vel timor eius vel charitas q cadere nescit imobilis pseueret. q nos z sapiētes prudētesq3 poterit pseruare z a diaboli telis ptegere z custodire sēper illesos. His eteni custodib9 ipossibile ē quēpiaz laqueos ei9 icurrere. Int pfectos aūt z iperfectos ista distātia ē. qz i illis qdē fira z vt ita dixeri maturior charitas tenaci9 pseuerās firmius eos custodit ac facili9 facit in sāctitate durare. in illis vo velut in firmi9 collocata. ac facilius refrigescens citius facit eos peccatorū laqueis ac sepius iplicari. Quib9 auditis ita fmōib9 ei9 accēsi sum9. vt cū maiore sitis ardore ad nr̄a3 cellā fuertēmur qz ad ipsi9 veneram9.

¶ Explicit collatio secūda abbatis sereni.

¶ Incipit collatio pma abbatis Isaac de oratione. que fm libri ordinē est nona. Ca. i.

E pperua oratiōis atq3 incessabili iugitate qd in scōo istitutionu3 libro pmissu3 ē. collatōes senis h9 quē nūc i mediū pferem9. i. abbat Isaac dnō fauēte cōplebūt. Quib9 explicat. z pceptis btīssime memorie pape castor. z dsiderio vr̄o o beatissime papa leōti z sancte frater elladi satisfecisse me credo voluminis amplitudie pmit9 excusata q studētib9 nobis nō solū sermōe succicto narrāda pstrigere. s3 et pluria silētio pterire. i maiorē modu3 qz disposueram9 extēsa ē. Premissa nāq3 sup diuersis istitutis disputatiōe copiosa quā nos studio breuitatis resecare maluimus: h ad extremum beatus Isaac intulit verba.

¶ Verba abbat Isaac sup orōnis qlitate. Ca. ij.

OMnis monachi finis cordisq3 pfectio ad iugē atq3 idiruptā orationis pseuerātiā tēdit. z qntū humāe fragilitati cōcedit ad immobilē trāquillitatē mētis ac pfectā nitit puritate3. Ob quā possidēdā oē3 tā laborē corporis qz ptritionē spūs idefesse qrim9 z iugit exercem9: z ē inter alterutrū reciproca qdā insepabilisq3 coiūctio inuicē sibi mutua ratiōe cōnexa. Nā sic ad orōnis perfectionē oīm tēdit structura vtutū: ita nisi hui9 culmie hec oia fuerit colligata at3 cōpacta. nullo mō firma poterūt vel stabilia pdurare. Quēadmodū sine ill acqri vel ↄsūmari nō pōt h de qua loqmur ppetua orōnis iugisq3 trāqlitas: ita ne ille qdē vtutes q hāc prestruūt absq3 hui9 pūt assiduitate cōpleri. Et idō nec recte tractare de orōnis affectu. nec ad ei9 pncipalē finē q vniuersaz vtutū molitōe pficit. subitāea disputatōe poterim9 itrare nisi prius vniuersa que illius obtētu vel abscidēda sūt vel parāda p ordie3 dinumerata fuerit atq3 discussa: z fm euāgelice parabole disciplina3 ea q ad spiritat ac sublimissime illi9 extructionē ptinent turris supputata fuerit ac diligēter añ cōgesta. Que tñ nec pderunt pparata nec recte supponi sibimet excelsa culmia pfectionis admittēt: qz nec supposita poterūt mole tāte celsitudinis sustinere. nisi pus vt cōi vsus verbo pprius aliqd exprima3. diligēter egesto pus oi repurgio viciorū z effossis succiduis mortuisq3 ruderib9 passionū viue vt aiūt ac solide terre pectoris nr̄i. imo illi euāgelice petre i sublime scāsura supiecta fuerit simplicitatis z humilitatis firmissima fūdamēta: qb9 hec turris spūaliū vtutū molitiōib9 extruenda z imobiliter valeat stabiliri. z ad sūma celoz fastigia ↄfidētia pprie firmitat attoli. Fundamētis eteni talib9 initētez. qzuis passionū ibres largissimi pfundāt. qzuis ei psecutionū violēti torrētes instar arietis illidant. qzuis irruat z icumbat aduersariorū spūu3 seua tempestas: nō solu3 ruina nō diruet sed nec ipsa aliquatenus vexabit impulsio.

¶ Quēadmodū parat pura z sincera orō. Ca. iij.

ET idcirco vt eo feruore ac puritate q deb3 emitti possit oratio: h sūt oīmodis obseruāda. Primū solicitudo rerū carnaliū generalit abscidēda est: deide nulli9 negocij causeue non solū cura s3 ne memoria qdē penit9 admittenda: detractiōes vaniloqa. seu multiloqa. scurrilitates quoq3 similit amputāde: ire pre oib9 siue tristitie pturbatio fundit9 eruēda: ↄcupie carnalis ac philargyrie noxi9 fomes radicit9 euellēdus: z ita his ac similib9 vicijs extrusis penit9 z abscisis q hoim quoq3 pūt patere ac notari ↄspectib9. talicq3 vt dixim9 repurgij emūdatōe pmissa q simplicitat z inocētie puritate perficitur faciēda sūt pmū pfūde hūilitatis inconcussa fundamēta: q. s. turrē pulsaturā celos valeāt sustinere: deinde supponēda vtutū spūalis extructio.

ꝛ ab oī discursu atqȝ euagatiōe lubrica anim⁹ inhibend⁹. vt ita paulatī ad ɔ̄téplatione͂ dei ac spiritalis intuit⁹ īcipiat sublimari. Quicqd.n.ante oꝛonis hora͂ aīa nr̄a cōcepit: necesse est vt oꝛantib⁹ nobis ꝑ ingestione͂ recoꝛdatiōis occurrat. Quāobrē quales oꝛātes volum⁹ inueniri: tales nos ante oꝛonis tempus p̄pare ðbem⁹. Ex p̄cedēti.n.statu mens atq̄ anim⁹ in supplicatiōe formaꝛ: eorūdēq̄ actuū ꝓcūbentib⁹ nobis ad p̄cē. verboꝝ quoq̄ vel sensuum ante oculos imago ꝑludēs. aut irasci nos ꝓm p̄cedētē qualitatē faciet aut tristari: aut ɔcupias causasue p̄teritas retractare. aut risu fatuo qd̄ ēt pudet dicere cuiusq̄ scurrilis dicti vel facti titillatiōe pulsari. aut ad p̄ioꝛes faciet volitare discursus. Et idcirco qcqd oꝛātib⁹ nobis nolum⁹ vt irrepat. ante oꝛonē ð abditꝭ nostri pectoꝛis extrudere festinem⁹: vt illō ap̄li possim⁹ īplere. Sine intermissiōe oꝛate: ꝛ in oī loco leuātes puras man⁹ sine ira ꝛ disceptatiōe. Alias nāq̄ mādatū illud ꝑficere nō valebim⁹: nisi mēs nr̄a ab oī vicioꝝ purificata ɔtagio. virtutib⁹ tm̄ velut naturalibus bonis dedita iugi oīpotētis dei cōtemplatione pascatur.

¶ De mobilitate aīe ꝑlūe vł pēnule cōpate. c. iiij.

e Teni qualitas aīe nō inepte subtilissime plume seu pēne leuissime cōpatur: q̄ si humoꝛis cuiuspiā extrinsecus accidentꝭ coꝛruptiōe viciata nō fuerit vel infusa. mobilitate substantie sue tenuissimi spūs adiumēto. velut naturaliter ad sublimia celestiaq̄ sustolliꝛ. Si vō humoꝛis cuiusq̄ aspgine vel infusiōe fuerit p̄grauata. nō mō in nullos aereos volat⁹ naturali mobilitate rapiabiꝛ: s; ēt ad ima terre cōcepti humoꝛis pōdere dep̄metur. Ita mens quoq̄ nr̄a si accedentib⁹ vicijs curisq̄ mundanis aggrauata nō fuerit. noxieue libidinis humoꝛe coꝛrupta. velut naturali puritatis sue bn̄ficio subleuata. leuissimo spiritalis meditationis afflatu sublimabiꝛ ad supna: ꝛ humilia deserens atq̄ terrena ad celestia ꝛ inuisibilia trāsfereꝛ. Unde p̄pꝛie satꝭ p̄ceptꝭ dn̄icis admonemur. Uidete nequādo grauenꝛ coꝛda vestra in crapula ꝛ ebꝛietate ꝛ curis secularib⁹. Et idcirco si volum⁹ oꝛones nostras nō solū celos s; etiā ea que sup celos sunt penetrare. curem⁹ mentē ab oib⁹ terrenis vicijs expurgatā cūctisq̄ emūdatā fecib⁹ passionū ad subtilitatē p̄ducere naturalē: vt ita ad deum vel ipsa vel oꝛo eius nullo vicioꝛū pondere p̄grauata vltra celorum fastigia possit ascendere.

¶ De causis quib⁹ mens nostra aggrauaꝛ. Ca. v.

n Otādū tm̄ qbus ex causis grauari mentē dn̄s designauerit. Nō.n. adulteria: nō foꝛnicatiōes: nō homicidia: nō blasphemias nō rapinas q̄ moꝛtalia eē ꝛ dānabilia nullus ignorat: s; crapulā posuit ꝛ ebꝛietatē ꝛ curas siue sollicitudines seculares. Que inm̄ nemo hoīm mūdi huius cauet aut dānabilia iudicat. vt ēt nōnulli qd̄ pudet dicere semetipsos monachos nūcupātes hisdē ipsis distentionib⁹ velut inoxijs ꝛ vtilib⁹ īplicētur. Que tria licet ꝓm lr̄aȝ p̄petrata q̄ carnalē faciant ꝛ aggrauēt aīam atq̄ a deo separēt ac ðp̄imāt ad terrena dubitare nō possum⁹: eēt tn̄ eoꝝ facilis ðclinatio si hucusq̄ ptingeret isti⁹ p̄cepti necessitas. ꝛ maxime nobis q tā longa remotiōe ab oī actuali huius cōuersatiōe disiūgimur. ꝛ istis visibilib⁹ curis atqȝ ebꝛietatib⁹ ꝛ crapulis penit⁹ nulla occasione miscemur. Uerū est alia quoq̄ crapula nō min⁹ noxia et ebꝛietas spiritalis difficilī⁹ euitanda: cura quoqȝ ac solicitudo secularis: q̄ nos ēt post oim facultatū nostrarū ꝑfectā renūciatione͂ ꝛ vini epularūq̄ cōtinētiā cūctaꝝ. eqdē in solitudine cōstitutos frequēter inuoluūt: de qb⁹ ꝓpheta: expgiscimini iḡt qui estis ebꝛij ꝛ nō a vino. Alius quoqȝ. Obstupescite ꝛ admiramini. fluctuate ꝛ vacillate: inebꝛiamini ꝛ nō a vino: mouemini ꝛ nō ab ebꝛietate. Cuius ebꝛietatꝭ ꝛ crapule vinū cōsequēter necesse est vt ꝓm ꝓphetā furoꝛ dꝛaconum sit. Ipsumq̄ vinum de qua radice procedat aduerte. Et vinea enī sodomoꝝ vitis eorū. ꝛ sarmētū eoꝝ ex gomoꝛꝛa. Uis etiā fructū vitis istius atqȝ sarmēti germē agnoscere. Uua eorū vua fellis: botr⁹ amaritudinis in ipsis. Que omnia nisi fuerimus cunctis vicijs expurgati. ꝛ ab omniū passionū crapula sobꝛij: absqȝ vsu ꝛ ebꝛietate vini epularūqȝ delitijs ꝛ affluētia erit coꝛ nostrū ebꝛietate ꝛ crapula magis noxia p̄grauatū. Nā q2 seculares cure etiā in nos q nullis actibus mūdi isti⁹ admiscemur cadere nōnunq̄ possint. manifesta rōne monstraꝛ ꝓm regulā senioꝝ: q qcqd necessitatē vict⁹ quotidiani ꝛ ineuitabilē vsū carnis excedit. ad secularē definierūt curā ꝛ solicitudinē ptinere: vt vbi gratia: si cū possit opatio vni⁹ solidi necessitatem nostri coꝛpoꝛis expedire. ad duoꝝ vel triū solidoꝝ acq̄sitionē nosmetipsos ꝓpensioꝛe velim⁹ ope ac labore distendere: ꝛ cū duaꝝ velamē sufficiat tunicarū ad vsū. s. noctꝭ ac diei. triū vel quatuoꝛ fieri ꝓcuremus dn̄i: cūqȝ vni⁹ siue duaꝝ habitatio sufficiat cellarū. ambitione seculari atqȝ amplitudine delectati quatuoꝛ seu qnqȝ cellas. ꝛ has easdē exq̄sito oꝛnatu ꝛ capacioꝛes q̄ vsus desiderat extruam⁹: passionē libidinis mundialis in qbus possum⁹ ꝑferentes.

¶ De visione cuiusdā senis quā sup fratris inquieta operatione prospexit. Capit. vi.

q Uod nō sine instinctu demonū fieri mānifestissima nos expimēta docuerūt. Nā quidā ꝓbatissim⁹ senioꝝ cū trāsiret iuxta cellā fratris cuiusdā hac animi qua dixim⁹ egritudine laboꝛātis: vtpote q in extruendis reparādisqȝ sup̄fluis ingētus quotidianis distētionib⁹ desudaret: ꝛ emin⁹ cōspexisset eū graui malleo saxū durissimum cōterētē. vidissetqȝ ethiopē quēdā astātē illi. ꝛ vna cū eodē ictus mallei iunctis cōsertisqȝ manib⁹ illidentē. eumqȝ ad operis illi⁹ instantiā ignitis facib⁹ instigantē. diutissime substitit: vel impressionē dirissimi demonis vel fraudē tāte illusionis admirans. Cum enī nimia lassitudine fatigat⁹ frater requiescere iā iamqȝ finē operi voluisset imponere. instigatio

ne spūs illius animat⁹ iteꝝ resumere malleū. nec de sinere ab intentiōe cepti opis vrgebaꝭ: ita vt iisdē et⁹ incitamētis infatigabiliter sustētat⁹ tāti laboris non sentiret iniuriā. Tādez igiꝭ senex taz dira demonis ludificatiōe pmot⁹ ad cellā fratris diuertit. salutās ꝙ eū. qd inqt est frater istō op⁹ qō agis. At ille. Laboram⁹ ait cōtra istud durissimū saxū: vixꝙ illō potuim⁹ aliquando cōterere. Ad hec senex. Benedixisti vix potuim⁹. Non. n. solus eras cū illud cederes sed fuit ali⁹ tecū quē nō vidisti: q tibi in hoc ope nō tā adiutor ꝙ violētissim⁹ ipulsor astabat. Et idcirco morbū ambit⁹ secularis nr̄is mētib⁹ nō inesse: non vtiꝙ eoꝝ tm̄ negocioꝝ abstinētia cōprobabit. que etiā si velim⁹ expetere vel explere nō possum⁹. neqz illaꝝ reꝝ despect⁹ quas si affectauerim⁹ tā apō spiritales viros ꝙ apō seculi hoīes notabiles pria frōte reddemur: sz cū ēt illa que nr̄e suppetūt potestati ꝛ honestate quadā videnꝭ obnubi. nec apud cūctos homines ex apto rephensibiles faciūt: rigida mētis districtiōe respuim⁹. Et re vera nō min⁹ hec ꝙ parua videnꝭ ꝛ minima ꝙꝙ ab his q nr̄e pfessiōis sunt cernim⁹ indifferēter admitti. p qualitate sua aggrauant monachi mētē. ꝙ illa maiora que fm suū statū seu cōparationē seculariū sensus inebriare cōsueuerūt. nō sinētes deposita fece terrena ad deū i quo spē defixa eē debet intētio monachū respirare. cui ab illo sūmo bono vel parua sepatio. mors psens ac perniciosissim⁹ interit⁹ est credend⁹. Cūqz mēs tali fuerit trāqllitate fundata vel ab oīm carnaliuz passionū nexib⁹ absoluta. ꝛ illi vni summoꝙ bono tenacissima adheserit cordis intētio. apostolicū illud iplebit. Sine intermissiōe orate ꝛ in oī loco leuātes puras man⁹. sine ira ꝛ disceptatōe. hac. n. puritate si dici potest sēsu menti absorpto. ac de terreo situ ad spiritalē atqz angelicā similitudinē reformato: qcquid in se receperit: qcqd tractauerit: q cqd egerit purissima ac sincerissima erit oratio.

Interrogatio de eo ꝙ maioris difficultatꝭ sit custodire cogitationes bonas ꝙ parare. Ca. vij.

G Ermanus. Utinā simili modo atqz eadē facilitate qua semina spiritaliū cogitationuz plerūqz cōcipim⁹: etiā ppetuitatē earuz possidere possem⁹. Cum eniz fuerint siue p memoriā scripturarū. seu per recordationē spiritaliuz quorūdā actuū. vel certe p intuitū sacramentorum celestiū nostro corde concepte: insensibili quadā fuga dilapse a nobis quātotius euanescūt atqz depereunt. Cunqz alias quaslibet occasiones spiritaliū sensuuz mens nostra reppererit. rursus alijs casualiter irrepentib⁹. ipse quoqz que apprehēse fuerant lubrica volubilitate diffugiunt: ita vt nullā constātiam sui retinens animus. nec potestate propria scārum cogitationuz possidens firmitatez. etiā tūc cuz eas videtur vtcunqz retinere. fortuitu illas ꝛ nō de industria cōcepisse credatur. Quomodo enī ortus earuz nostro arbitrio putabiꝭ ascribend⁹. quaruz p seuerātia non consistit in nobis. Sz ne forte sub huius questionis indagine a cepto narratiōis ordine longius euagātes expositionez propositā sup orationis statu diuti⁹ retardemus. de qua principaliter sitim⁹ institui: suo hanc tēpori reseruātes. de qualitate orōnis instātissime quesum⁹ informari: presertim cū nullo tēpore nos ab ea cessare beat⁹ apostol⁹ moneat dicēs. Sine intermissiōe orate. Et ideo primū de qualitate eius desideram⁹ institui. i. qualis debeat emitti semp oratio: deinde qualiter hāc eādem ꝙcunꝙ est possidere vel exercere sine itermissiōe possimus. Non enī parua cordis intentiōe eam perfici posse ꝛ experiētia quotidiana ꝛ prosecutio tue sanctitatis ostendit: qua sinē monachi ac totius pfectionis culmē in orōnis cōsūmatōe cōsistere diffinisti.

Respōsio de diuersis orōnū qualitatib⁹. C. viij.

I Saac. Uniuersas orationū species absqz ingēti cordis atꝙ animi puritate ꝛ illuminatione sanctispirit⁹ arbitror cōprehendi nō posse. Tot enīz sunt quot in anima vna immo in cūctis animab⁹ status queunt qualitatesꝙ generari Et ideo licet sciamus nos pro hebetudine cordis nostri vniuersas orationū species nō posse pspicere tamen inquātuz mediocritas experiētie nostre asse qui preualuerit digerere eas vtcunꝙ tēptabimus. Secundū mensurā nāqz puritatis in qua mēs vnaqueꝙ proficit. ꝛ qualitatez status in quo vel ex accidentib⁹ inclinaꝭ vel per suā renouatur industriā. ipse quoqz momētis singulis reformantur: ꝛ idcirco vniformes oratōes emitti semper a nemīe posse certissimuz est. Aliter eniz quisqz supplicat cuz alacer est: aliter cū tristitia seu desperatiōis pondere pgrauatur: aliter cuz spiritalibus successibus viget: aliter cum impugnationum mole deprimitur: aliter cum veniaz peccatoruz: aliter cuz acquisitionē gratie seu cuiuslibet virtutis exposcit. vel certe extinctionem cuiuslibet vicij deprecatur: aliter cuz cōsideratione gehenne ac futuri iudicij timore compūgitur: aliter cuz spe futuroruz bonoruz desiderioqz inflammaꝭ: aliter cuz in necessitatibus ac periculis: aliter cū in securitate ac trāquillitate versaꝭ: aliter cū sacramētorū celestiū reuelationib⁹ illustraꝭ. aliter cū sterilitate virtutū ac sensuū ariditate constringitur.

De quadripartita orōnū specie. Capi. ix.

E T idcirco his super orationū qualitate digestis. licet non quātum exposcit materie magnitudo: sed ꝙtum vel tēporis admittit angustia. vel certe capere tenuitas ingenij nostri ꝛ cordis preualet hebetudo. maior nobis nunc imminet difficultas vt ipas singillatiz orationum species exponamus: quas apostolus quadripartita ratione distinxit ita dicens. Deprecor itaqz primo omniuz fieri obsecrationes: oratiōes: postulationes gratiaruz actiones. Que non inaniter ab apostolo ita fuisse diuisa minime dubitāduz est. Et primit⁹ idagādū qd obsecratōe: qd orone: qd postlatōe: qd grarū actōe signeꝭ: deide pquirenduz vtrū he species ab orāte sint pariter assumēde. i. vt omnes simul

in vnaquaqz supplicatione iungatur.an vicissiz sin gillatimqz sint offerende.vtputa nunc quidem obsecrationes:nunc vero oratiões nũc autẽ postulationes seu gratiaruz actiones oporteat promi:an certe alius quidẽ obsecrationes:ali⁹ vero orationes:alius autem postulationes:alius gratiarũ actiões deo debeat exhibere secunduz mẽsurã scilicet etatis sue in qua vnaqueqz mens per intentionis proficiat industriam.

Ⅽ De ordine specierum que super orationis qualitate ponuntur. Capitulũ.x.

Et idcirco primuz ꝓprietates ipse sunt nominum verborumqz tractãde:ac discutiẽdum quid inter orationez ⁊ obsecrationẽ ac postulationez intersit. Deinde similiter perscrutãdum vtruz singillatim sint an pariter exhibende. Tertio indagãdum.vtrum etiã ipe ordo qui ita est apostoli auctoritate dispositus aliqd ampli⁹ instruat auditorez:an simpliciter accipienda sit ista distinctio.⁊ indifferẽter putãda sit ab illo taliter fuisse digesta:quod mihi satis videtur absurdũ. Non enim credendũ est aliquid trãsitorie ac sine ratione spiritũ sanctuz p apostoluz protulisse. Et idcirco eodez quo cepimus ordine ꝓut domin⁹ donauerit singula retractemus.

Ⅽ De obsecratione. Capitu.xi.

Depprecor itaqz primo omniũ fieri obsecrationes. Obsecratio est imploratio seu petitio pro peccatis:qua vel ꝓ presentib⁹ vl' pro preteritis admissis suis vnusquisqz cõpunctus veniã deprecatur.

Ⅽ De oratione. Capitu.xij.

Orationes sunt quib⁹aliud aliquid offerimus seu vouem⁹ deo.quod grece dicitur. idest votuz. Naz vbi dicit in greco in latino legitur vota mea domio reddam. Quod secunduz ꝓprietatez verbi ita exprimi potest. Orationes meas domino reddaz. Et illđ quod legim⁹ in ecclesiaste:si voueris votuz deo ne morã feceris reddere illud.in greco similiter scribit idest si oraueris orationẽ domino.ne morã feceris reddere illã. Quod ita ab vnoquoqz nostrũ impletur. Oramus cuz renunciãtes huic mundo spondemus nos mortificatos cũctis actib⁹ ⁊ cõuersationi mũdane tota cordis intentione domino seruituros. Oramus cuz ꝓmittimus seculari onere cõtẽpto ac terrenis opibus spretis.in omni contritione cordis ac paupertate spirit⁹ nos domio cohesuros Oramus cuz pollicemur nos purissimã corporis castitatez seu imobilez patiẽtiaz exhibituros esse ꝑpetuo.vel cuz de corde nostro radices ire siue tristitie mortez operãtis vouemus funditus eruendas: que cũ desidia resoluti atqz ad antiqua vicia recurrentes minime fecerimus.erim⁹ orationum nostraruz ac votoruz rei.dicetqz de nobis. Meli⁹ est non vouere:ꝙ vouere ⁊ nõ reddere. Qđ ẜm grecũ dici potest.melius est nõ orare ꝙ orare ⁊ non reddere.

Ⅽ De postulatione. Cap.xiij.

Tertio loco ponũtur postulatiões quas ꝓ alijs quoqz duz sum⁹ in feruore spirit⁹ cõstituti solem⁹ emittere.vel ꝓ caris scilicet nostris.vel pro totius mũdi pace poscẽtes:⁊ vt ipius apostoli verbis eloquar.cũ pro omnib⁹ hominib⁹ ꝓ regib⁹ ⁊ oib⁹ q in sublimitate sũt supplicam⁹.

Ⅽ De gratiarũ actiõe. Cap.xiiij.

Quarto deinde loco gratiaruz actiões ponunt:quas mẽs vel cuz preterita dei recolit beneficia.vel cũ presentia ꝯtemplat.seu cũ in futurũ que ⁊ quãta ꝑparauerit deus his q dilligunt eum ꝓspicit.ꝑ ineffabiles excessus deo refert. Qua etiã intẽtione nõnunꝗ̃ ꝑces vberiores emitti solent:dũ illa que reposita sunt in futuro sanctoꝝ ꝑmia purissimis oculis intuẽdo.ineffabiles deo gratias cũ imenso gaudio spiritus nr̃ instigat effundere.

Ⅽ Vtrũ quatuor orõnũ species simul ⁊ omnibus an singillatĩ ⁊ vicissiz vnicuiqz sint necessarie. c.xv.

Ex quibus quatuor specieb⁹ licet nõnunꝗ̃ soleãt occasiones supplicationũ pinguium generari.naz ⁊ de obsecratiõis specie que de cõpunctiõe nascit peccatoruz. ⁊ de oratiõis statu q̃ de fiducia oblationuz ⁊ consũmatione votoruz ꝓ cõscientie ꝓfluit puritate.⁊ de postulatõe q̃ d' charitatis ardore procedit.⁊ đ gratiarũ actiõe que de beneficiorũ dei ⁊ magnitudinis ac pietatis eius cõsideratione generat:feruẽtissimas sepissime nouimus ꝑces ignitasqz ꝓdire:ita vt cõstet omnes has quas prediximus species omnib⁹ hominib⁹ vtiles ac necessarias inueniri vt in vno eodẽqz viro nũc quidem obsecrationũ:nunc autẽ orationũ:nũc postulationũ puras ac feruẽtissimas supplicatiões variat⁹ emittat affect⁹:tamẽ prima ad incipiẽtes videt peculiari⁹ ꝑtinere.q adhuc vicioꝝ suoruz aculeis ac memoria remordent:s̃a ad illos q in ꝓfectu iã spiritali appetituqz virtutũ quadã menti sublimitate cõsistũt:tertia ad eos q ꝑfectiõez votoꝝ suoꝝ opib⁹ adĩplẽtes intercedere pro alijs quoqz cõsideratõe fragilitatis eoꝝ ⁊ charitatis studio ꝓuocãtur: quarta ad illos q iã penalis ꝯscie spina de cordib⁹ euulsa.securi iã munificẽtias dñi ac miŝatiões quas vel in ꝑterito tribuit vel in pñti largit vel ꝑparat i futuro mẽte purissima retractãtes ad illã ignitã ⁊ q̃ ore hominũ cõprehẽdi nec exꝑmi põt orõnẽ feruẽtissimo corde raptant. Nõnunꝗ̃ tñ mẽs q̃ in illũ verũ puritatis ꝓficit affectũ.atqz i eo iã cepit radicari.solet hec oĩa sil' pariterqz ꝯcipiens atqz i modũ cuiusdã incomꝓhẽsibilis ac rapacissime flãme cũcta ꝑuolitãs ineffabiles ad deũ ꝑces purissimi vigoris effundere.qs ipe spũs interpellãs gemitib⁹ inenarrabilib⁹ ignorantib⁹ nobis emittit ad deũ:tãta.s.in illi⁹ hore momẽto ꝯcipiẽs ⁊ ineffabiliter i supplicatiõe ꝓfundẽs quãta nõ dicã ore ꝑcurrere s; ne ipa qdẽ mẽte valeat alio tẽpore recordari. Et inde ẽ ꝙ in qualib; mẽsura qs posit⁹ nõnunꝗ̃ puras intẽtasqz ꝑces inuenit emittere:qr ⁊ de illo pmo ⁊ humili ordine q est sup

recordatiõe futuri iudicij is qui adhuc sub terroris pena ac metu examinis ɔstitutꝰ est. ita ad horã cõpũgitur, vt nõ minore spũs alacritate de obsecrationis pignedine repleat. q̃ ille q̃ p puritatẽ cordis sui munificẽtias dei plustrans atq̃ pcurrens ineffabili gaudio leticiaq̃ȝ resoluit. Incipit eniȝ secundũ sententiã domini plus diligere. quia sibimet ampliora cognoscit indulta.

Ad quas orationuȝ species nosmetipsos tendere valeamus. Capitulũ.xvi.

Amen expetẽde sunt nobis p profectũ vite consũmationẽq̃ virtutuȝ ille potiꝰ supplicationuȝ species que vel de cõtẽplatiõe futurorũ bonoruȝ vel de charitatꝭ ardore fundunt seu certe vt humiliꝰ ꝛ secũduȝ incipientiũ mensurã loquar. pro acq̃sitione quarũq̃ virtutũ seu vicij cuiuslibet extinctiõe generãtur. Aliter eniȝ ad illa sublimiora que p̃dixim̃ꝰ supplicationũ genera pueire nullatenꝰ poterimꝰ nisi p ordinẽ postulationũ istaꝝ sensim mẽs nostra fuerit gradatimq̃ prouecta.

De quatuor supplicationum generibus a dño initiatis. Capit.xvij.

Has quatuor supplicationũ species ita etiaȝ dominꝰ exẽplo suo nobis initiare dignatꝰ est. vt in hoc quoq̃ ipleret illud qd̃ de ipso dicit. Que cepit iesus facere ꝛ docere. Nã obsecrationis genꝰ assumit cuȝ dicit. Pater si possibile est trãseat a me calix iste. vel illud quod ex psona eiꝰ cãtatur in ps. Deus deꝰ meus respice in me q̃re me d̃reliquisti: aliaq̃ his similia. Oratio ẽ cũ dicit. Ego te clarificaui sup terraȝ. opus cõsũmaui quod dedisti mihi vt facereȝ. siue illud. ꝛ pro eis sanctifico me ipsum vt sint ꝛ ipsi sanctificati in veritate. Postulatio est cum dicit. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego suȝ ꝛ ipsi sint mecuȝ vt videãt gloriaȝ meã quam dedisti mihi. vel certe cuȝ dicit. Pater ignosce eis: non eniȝ sciũt quid faciũt. Gratiarũ actio ẽ cũ dicit. Cõfiteor tibi domine pater celi ꝛ terre. q̃r abscõdisti hec a sapientibꝰ ꝛ prudentibꝰ. ꝛ reuelasti ea paruulis. ita pater q̃r sic fuit placituȝ ante te: vel certe cũ dicit. Pater gratias ago tibi quoniã audisti me: ego autẽ sciebã quia semp me audis. Que tamen quatuor supplicationũ genera licet singillatiȝ ac diuerso tẽpore secundũ illuȝ queȝ cõprehẽdimꝰ modũ idem dominꝰ noster distinxerit offerenda: tamẽ etiã sil'ea in supplicatiõe pfecta cõprehendi posse identidẽ suis ostendit exẽplis. per illã scilicȝ orationẽ quã ad fineȝ euãgelij secundũ iohãneȝ legimꝰ eum copiosissime pfudisse. Ex cuiꝰ textu q̃r longuȝ est vniuersa pcurrere. diligens inq̃sitor hec ita eẽ lectiõis ipsius serie poterit edoceri. Queȝ sensũ apostolus quoq̃ in ep̃la ad philip. has quatuor supplicationũ species aliquãtum imutato ponẽs ordine euidẽter expressit. ostẽditq̃ debere eas nõnunq̃ sil' sub ardore vnius supplicatiõis offerri. ita dicẽs. Sȝ in omni oratiõe ꝛ obsecratiõe cuȝ gratiarũ actione petitiones vestre inotescãt apud deuȝ. Per quod voluit nos in hoc specialiꝰ erudire quod ꝛ in oratione ꝛ obsecratione gratiaruȝ actio debeat cũ postulatione misceri.

De oratiõe dominica. Capit.xviij.

Ec itaq̃ supplicationũ genera sublimior adhuc status ac pcelsior subsequet. q̃ contemplatiõe dei soliꝰ ꝛ charitatꝭ ardore formatur: per quẽ mens illius dilectiõe resoluta atq̃ directa familiarissime deo velut patri proprio peculiari pietate colloqtur. Queȝ statũ debere nos diligẽter expetere formula dominice orõnis instituit dicens. Pater nr̃. quia vniuersitatꝭ deuȝ ac dominũ patreȝ esse voce ꝓpria cõfitentes. de conditiõe seruili in adoptionẽ filiorũ nos ꝓfitemur ascitos: adijciẽtes d̃inde. qui es in celis. vt cõmorationẽ vite p̃sentꝭ qua in hac degimꝰ terra. velut pegrinã atq̃ a nostro patre nos longissime separãteȝ toto horrore vitantes ad illaȝ potiꝰ regioneȝ in qua patrẽ nostrũ cõmorari fatemur sũmo d̃siderio ꝓperemꝰ: nihilq̃ admittamus eiusmodi quod idignos nos hac nostra ꝓfessione ac nobilitate tãte adoptionis efficiẽs. ꝛ hereditate paterna velut degeneres priuet. ꝛ irã nos faciat iustitie eiꝰ ac seueritatꝭ incurrere. In queȝ filiorũ ordinẽ graduq̃ ꝓfecti illa ɔtinuo q̃ ẽ in bonis filijs pietate flagrabimus ꝛ affectu: vt iã nõ pro nostris vtilitatibꝰ sed ꝓ nostri patris gloria totũ ipẽdamꝰ affectũ dicentes ei. Sanctificet nomen tuũ: nostruȝ desideriuȝ nostrũ gaudiũ gloriaȝ nostri patris eẽ testãtes: imitatores effecti illiꝰ qui dixit. Qui a semet ipso loquit gloriã propriã querit. Qui autẽ querit gloriã eius qui misit illuȝ. hic verax est: ꝛ iniustitia i eo nõ est. Deniq̃ vas electionis hoc repletꝰ affectu etiã anathema fieri optat a christo: dũmodo ei familia multiplex acquirat. ꝛ ad gloriã sui patris salꝰ totius israelitice plebis accrescat: Securus eni optat interire pro christo q̃ nouit neminẽ mori posse pro vita. Et iteruȝ. Gaudemꝰ inq̃t quãdo nos infirmi sumꝰ: vos autẽ potẽtes estis. Et q̃d mirũ si vas electionis pro christi gloria ꝛ fratrũ suoruȝ cõuersiõe gentilisq̃ priuilegio anathema fieri optat a christo: cũ micheas quoq̃ ꝓpheta vellet se mendacẽ fieri. ꝛ ab inspiratiõe sanctispiritꝰ alienũ. dũmodo plagas illas ꝛ captiuitatꝭ exitia que sua vaticinatiõe predixerat plebs iudaice natiõis euadat: vtinã inquiens nõ esseȝ vir habẽs spiritũ ꝛ mẽdaciũ potiꝰ loquerer vt pretermittamꝰ illũ legislatoris affectũ. qui cũ fratribꝰ suis ẽr pituris nõ rennuit interire dicẽs. Obsecro domine peccauit pp̃l's iste peccatũ magnuȝ: aut dimitte eis hãc noxã aut si nõ facis dele me d̃ libro tuo quẽ scripsisti. Põt ãt ɔgrue satis illd̃ qd̃ dicit. scificet nomẽ tuũ: ẽr talit accipi. Scificatio d̃i nr̃a pfectio ẽ. Itaq̃ȝ dicẽtes ei. scificet nomẽ tuũ: alijs vbꝭ hoc dicimꝰ. Tales nos facito pr̃ vt scificationẽ tuaȝ vel intelligere quãta sit vel cape mereamur: vel certe vt i nr̃a ɔuersatiõe spiritalis actꝰ appareat. Qd̃ tũc efficacit' iplet in nobis: q̃n vident hoĩes opa nr̃a bona ꝛ glorificãt patrẽ nostrũ qui in celis est.

¶ De eo q dicit adueniat regnū tuū. Ca.xix.

Ecūda petitio mentis purissime aduenire iā iamq3 regnū sui pr̄is exoptat. vel istō scilicet quo quotidie christ⁹ regnat in sanctis quod ita sit cū diaboli iperio p extinctionē fetentiū viciorū de nostris cordib⁹ pulso deus i nobis per virtutū bonā fragrātiā ceperit dominari. z deuicta fornicatiōe castitas. supato furore trāquillitas. calcata supbia humilitas. in nr̄a mente regnauerit: vel certe illud qd̄ p̄stituto tēpore omnib⁹ est pfectis ac dei filijs generaliter repromissuz. in quo eis dicet a christo. Uenite benedicti pr̄is mei: possidete paratū vobis regnū a cōstitutiōe mūdi. Intētis illō quodā modo obtutib⁹ ac defixis desiderās z expectās dicensq3 ad euz. Ueniat regnū tuuz. Nouit eniz testimonio cōscientie sue. cū apparuerit: mox eius se futuruz esse cōsortē. Hec eniz dicere vel optare criminosorū nullus audebit: qui nec videre tribunal iudicis volet quisqs sub aduētu eius nō palmā nec premia suis meritis. sed penā nouit ptin⁹ repensandā.

¶ De eo q dicit fiat voluntas tua. Cap.xx.

Ertia supplicatio filiorū est. Fiat voluntas tua sicut in celo z in terra. Nō potest eē iaz maior oratio q̄ optare vt terrēa mereant celestib⁹ coequari. Nā qd est aliud dicere. fiat volūtas tua sicut in celo z in terra. q̄ vt sint hoies sil'es angelis. z sicut volūtas dei ab illis iplet i celo. ita etiā hi q in terra sunt nō suā s3 eius vniuersi faciant voluntatē. Hoc quoq3 nemo ex affectu dicere p̄ualebit nisi is sol⁹ q deuz credit oia q̄ vident vel aduersa vel pspera pro nr̄is vtilitatib⁹ dispensare. magisq3 euz p suorū salute z cōmodis puidū atq3 solicitū q̄ nosipos eē p nobis. Uel certe alit accipiēdū. Uolūtas dei sal⁹oim est. fm illā beati pauli sniaz: q oēs hoies vult saluos fieri z ad agnitionē vitatis venire. De qua ēt voluntate Isaias ppheta ex psona dei pr̄is: z ois ingt volūtas mea fiet. Dicētes ergo ei. Fiat volūtas tua sicut in celo z in terra. hoc eum alijs oram⁹ v̄bis: vt sicut hi q in celo sunt. ita oēs q i terra cōsistūt tua pater agnitiōe saluentur.

¶ De pane supsubstātiali siue quotidiāo. C.xxi.

Einde panē nr̄m .i. supsubstātialē da nobis hodie. Qd alt⁹ euāgelista quotidianū dixit. Illud nobilitatis ac substātie ei⁹ significat qualitatē: qua .s. sup oēs substātias sit. atq3 oēs creaturas sublimitas magnificētie ei⁹ ac scificatiōis excedat: hoc vero pprietatē vsus ipi⁹ atq3 vtilitatis expssit. Nā cū dicit quotidianū: ostēdit q sine ipo nullo die spiritalē vitā cape valeam⁹. Cū dicit hodie ostēdit eū quotidie esse sumēdū z hesternā p̄bitionē ei⁹ nō sufficere nisi nobis hodie quoq3 similiter fuerit attribut⁹. oiq3 nos tpe hāc orōnez debere psundere. indigētia ei⁹ quotidiana cōmoneat: quia nō ē dies quo nō op⁹ sit nobis hui⁹ esu ac pceptiōe cor interioris nr̄i hois cōfirmare. Licet istō qd dicitur hodie z ad p̄sentē vitā possit intelligi .i. dū i hoc seculo cōmoramur. p̄sta nobis hūc panez. Nouim⁹ eni eū his q meruerint a te z in futuro eē p̄stādū: s3 rogam⁹ vt eū nobis hodie largiaris: q2 nisi eū pcipe qs i hac vita meruerit. i alia ei⁹ pticeps eē n̄ poterit.

¶ De eo q dicit dimitte nobis debita nostra. et reliqua. Capitulum.xxij.

T dimitte nobis dbita nr̄a: sicut z nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris. O ineffabilis dei clemētia: que nō solū nobis orationis tradidit formā z acceptabilē sibi in nobis morū nostrorū instituit disciplinā. ac p necessitatem tradite formule qua se p̄cepit a nobis semp orari. ire parit z tristitie euellit radices: s3 etiā occasionē rogātib⁹ tribuit. eisq3 reserat viā qua clemēs ac piuz pbent erga se dei iudiciū pmulgari vel pdire. z quodam mō ptātem tribuit qua iudicis nr̄i possimus sniam tempare. ad veniaz delictoruz nostro℞ exēplo eum nostre remissiōis coartantes. duz dicimus ei. Et dimitte nobis sicut z nos dimittim⁹. Itaq3 secur⁹ huius oratiōis fiducia de suis admissis veniaz postulabit: qsqs remissus erga suos dūtaxat nō erga domini sui extiterit debitores. Solem⁹ nōnulli quod est deteri⁹ erga illa qdem que admittunt ad iniuriā dei q̄uis magno℞ sint criminū placidos nos z clementissimos exhibere: erga nostra℞ vero vel paruissimarū offensionū debita exactores imites atq3 inexorabiles inueniri. Quisqs igit in se delinquēti fratri nō ex corde dimiserit: nō indulgētiā sed cōdēnationē depcatiōe hac sibimet ipetrabit. suaq3 pfessiōe semetipm poscet diri⁹ iudicari dicēs. Remitte mihi sicut z ego remisi. Qd cū illi fm suā petitōez fuerit repēsatū. qd aliō subsequet q̄ vt exēplo suo iplacabili ira z irremissa snia puniat. Ideoq3 si elementer volum⁹ iudicari: nos quoq3 erga illos q i nos delinqūt oportz eē clementes. Tm̄ .n. remittet nobis q̄tuz nos remiserim⁹ cis q nobis quacūq3 malignitate nocuerūt. Qd formidātes nōnulli cū i eccl'ia hec orō ab vniuersa plebe pcinit. hūc locū taciti preteremittūt: ne .s. semetipos obligare poti⁹ q̄ excusar sua pfessiōe videant: nō itelligētes q̄ frustra cauillationes has iudici oim p̄tēdere moliant. q queadmodū iudicatur⁹ sit supplicib⁹ suis voluit dmōstrare. Dū .n. erga nos nō vult imitis atq3 iexorabilis inueniri: formā sui iudicij designauit vt queadmodū nos ab illo iudicari cupim⁹. ita nr̄os fratres si qd i nobis deliquerint iudicemus: q2 iudicium sine mi'icordia fiet ei qui nō fecerit misericordiam.

¶ De eo q dic̄ z ne nos iducas i tēptatōez. c.xxiij.

Einde seq̄t. Et ne nos iducas i tēptationē. De quo nō minima nascit q̄stio. Si eniz oram⁹ ne pmittamur tēptari: vn̄ erit in nobis vtus ɔstātie ɔprobāda. fm illā sniaz. Ois vir q nō est tēptat⁹ nō ē pbat⁹. Nō ergo hoc sonat. ne inducat nos i tēptationē: q̄si non pmittat nos aliqn̄ tēptari. s3 ne pmittat i tēptatōe positos supari. Temptat⁹ ē .n. iob: s3 nō ē duct⁹ i tēptatiōez. Nō .n. dedit insipiētiā dō. nec ad illā ad quaz trahebat tēptatoris volūtatē. ore ipio blasphem⁹ itrauit. Tēptat⁹ ē abra

em: tēptat⁹ ē ioseph. ſʒ neuter illoꝝ īduct⁹ ē ī tēptatī onē: qꝛ null⁹ eoꝝ ꝯſenſū p̄buit tēptatori. Deniqꝫ ſequit. Sʒ libera nos a malo. i. ne pmittas nos a diabolo tēptari ſupra id qȝ poſſum⁹. ſed fac cū temptatiōe exitū vt ſuſtinere poſſimus.

Ꝺ De eo ꝙ nō debeāt alia poſtulari ꝙ̄ hec tm̄ que oratiōis dominice modulo cōtinentur. Cap. xxiiij.

Videt ergo qualis nobis ab ipo q p illā exorādus eſt iudice oratiōis ſit modul⁹ ꝛ forma ꝓpoſita: in qua nulla diuitiaꝝ petitio: nulla memoria dignitatū: nulla potentat⁹ ac fortitudis poſtulatio: nulla corporee ſanitat̄ ſeu tēporalis vite mētio cōtinet. Nihil. n. caducū vult a ſe nihil vile nihil tpale eternitatū cōditor iplorari. Itaqꝫ magnificētie ei⁹ ac munificētie maximā irrogabit iniuriā. qſqs his ſempiternis petitiōib⁹ p̄termiſſis trāſitoriū aliqd ꝛ caducū ab eo maluerit poſtulare: offēſam poti⁹ ꝙ̄ ꝓpitiatiōem iudicis ſui vilitate oratiōnis incurret.

Ꝺ De qualitate ſublimioris oratiōis. Ca. xxv.

Hec igitur orō licet omnē videat pfectiōis plenitudinē cōtinere. vtpote que ipſi⁹ dn̄i auctoritate vel initiata ſit vel ſtatuta: prouehit tamē domeſticos ſuos ad illū pcelſiorē quem ſuperi⁹ cōmemorauim⁹ ſtatuʒ: eoſqꝫ ad illā igneam ac ppaucis cognitaʒ vel expertā imo vt ꝓpri⁹ dixerim ineffabilē orōneʒ gradu eminētiore pducit. que omnē trāſcendens humanū ſenſuʒ. nullo nō dicā ſono vocis nec lingue motu nec vlla verboꝝ ꝓnunciatione diſtinguit: ſed quaʒ mens infuſiōe celeſtis illius luminis illuſtrata. nō humanis atqꝫ anguſt̄ deſignat eloqis. ſed cōglobatis ſenſib⁹ velut de fonte quodaʒ copioſiſſimo effundit vbertiʒ. atqꝫ ineffabiliter eructat ad dominū. tāta promēs in illo breuiſſimo tēporis puncto. quāta nec eloq facile. nec mēs percurrere in ſemetipſaʒ reuerſa p̄ualeat. Queʒ ſtatum domin⁹ quoqꝫ inter illarū ſupplicationum formulas. quas vel ſol⁹ in mōte ſedēs vel tacite fudiſſe deſcribitur. ſimiliter figurauit: cuʒ in oratiōis agonia cōſtitutus etiaʒ guttas ſanguinis inimitabili intentiōis ꝓfudit exemplo.

Ꝺ De diuerſis cōpunctionū cauſis. Ca. xxvi.

Quis vo poſſit diuerſitates ꝛ cauſas ipas atqꝫ origines cōpunctionū quātalibet expientia predit⁹ ſufficiēter exponere: qbus inflammata mēs atqꝫ ſuccēſa ad oratiōes puras ac feruētiſſimas incitat. Quaꝝ pauca quātuʒ poterimus ad pn̄s p illūinatione dn̄i reminiſci exēpli grā ꝓponem⁹. Nōnūꝙ̄ eteni pſalmi cuiuſcunqꝫ vſicul⁹ occaſiōeʒ orōnis ignite decātātib⁹ nobis p̄buit: iterdū canora fraterne vocis modulatio ad intētā ſupplicationē ſtupētiū animos excitauit. Nouim⁹ quoqꝫ diſtinctionē grauitateqꝫ pſallent̄ etiā aſtātib⁹ plurimū cōtuliſſe feruoris: nec non exhortatio viri pfecti ꝛ collatio ſpiritalis frequēter ad vberrimas preces iacentiū erexit affectū. Scim⁹ ēt fratris ſeu cari cuiuſlibet interitu nō min⁹ nos ad plenā cōpūctiōne fuiſſe raptatos. Recordatio quoqꝫ tēporis ac negligētie nr̄e nōnūꝙ̄ nobis ſalutarē ſpūs inuexit ardorē. Atqꝫ in hūc modū nulli dubiū eſt occaſiones innumeras nō deeſſe qb⁹ p dei gratiā tepor ac ſōnolentia noſtrarum mentium valeat excitari.

Ꝺ De varijs cōpunctionū qualitatib⁹. Ca. xxvij.

Si cū aduenētib⁹ nobis fauēs ōsiderijs nr̄is diuinitas beatissimi atq̄ pcipui viri archebij episcopi pstitit aduētū. q raptus de anachoretaꝝ cetu. ꝛ epūs panephisi oppido datus tāta districtiōe oi euo suo ꝓpositū solitudis custodiuit. vt nihil de p̄terite humilitat̄ tenore laxauerit. aut de adiecto sibi honore blādit⁹ sit. Nō. n. tan q̄ idoneū se ad istud officiū testabat ascitū. s velut indignū ab illa anachoreseos disciplina q̄rebat expulsū: eo q̄ triginta ꝛ septē annis in eadē cōmoratus. ad puritatē tāte ꝓfessionis nequaq̄ puenire potuisset. Hic igit̄ cū in supradicta thēneso quo eū eligendi illic epi causa pduxerat pie nos atq̄ hūanissime suscepisset: agnito desiderio nostro quo sanctos patres etiā in vlteriorib⁹ egypti partib⁹ ingrere desiderabam⁹: venite ingt ꝛ videte interi senes haud longe a nostro monasterio cōsistētes. quoꝝ ita ꝛ antigtas in corporib⁹ iā curuat̄. ꝛ sanctitas in ipso ēt fulget aspectu. vt vel sola cōtēplatio eoꝝ magnā intuētib⁹ possit cōferre doctrinā. a qb⁹ id qō ego amissum doleo. quodq̄ tradere iā pditū nequeo. nō tā verbis q̄ ipso sancte vite discatis exēplo. Credo āt inopiā meā hoc studio aliquaten⁹ subleuādā: si ingrentib⁹ vobis illā euāgelicā margaritā quā ip̄e nō habeo saltē ꝓuidero vbi eā cōmodius comparet̄.

Descriptio heremi in qua cōmorabātur cheremō nesteros et ioseph. Capitulū. iij.

Sumpto itaq̄ baculo ꝛ pera vt illic cūctis viam ingredientibus monachis moris ē ad ciuitatē nos suā. i. panephisim itineris dux ip̄e pduxit. Cuius terras imo etiā cōtigue regiōis plurimā partē quondā opulentissimā: siqdem ex ea cuncta vt fama est in regios cibos subministrabant: repentino terre motu excussū mare trāsgressis limitib⁹ occupauit: atq̄ ita collapsis ferme omnib⁹ vicis opimas oli terras salsis paludib⁹ supte xit. vt illud qō in psalmo sp̄ualiter decantat. posuit flumina in desertū. ꝛ exit⁹ aquaꝝ in sitim: terrā fructiferā in salsuginē a malicia inhabitātiū in ea: secūdū litterā de illa putent regione p̄dictū. In his igit̄ locis multa i hūc modū oppida eminētiorib⁹ tumulis collocata fugatis habitatorib⁹ eluuies illa velut insulas fecit que desideratā secedentib⁹ sanctis solitudinē p̄bent in qb⁹ tres senes. i. cheremō: nesteros ꝛ ioseph anachorete antiqssimi consistebant.

De abbate cheremone ꝛ excusatiōe eius super postulata doctrina. Capitu. iiij.

Itaq̄ beatus archebi⁹ primum nos pducere ad cheremonē maluit: q2 ꝛ monasterio eius ꝓpior ꝛ duob⁹ alijs ꝓuectior eēt etate. Nam cum centenariū vite annū spiritu tantum alacer excessisset: ita dorsū eius tēporis fuerat vetustate atq̄ orationū iugitate curuatū. vt quasi i primeuā redact⁹ infantiā. submissis ac protent̄ terratenus manib⁹ ꝓgrederet̄. Huius igitur ꝛ vultū mirabilē ꝛ incessū pⁱter intuētes: siqdem defectis mortificatisq̄ iam omnib⁹ mēbris. nequaq̄ censurā preterite districtionis amiserat. cū sermonē atq̄ doctrinā suppliciter posceremus. ac desideriū tantū spiritualiū institutionū causā fuisse aduent⁹ nostri protestaremur. grauiter ille suspirās quid vobis ait possū cōferre doctrine. cū ibecillitas senectut̄ vt rigorē pristinū relaxauit ita loquēdi quoq̄ ademit fiduciā. Quēadmodū eni docere presumā qō ipse nō facio: aut aliū in eo instruā quod me iā vel minus vel tepidius exercere cognosco. Ob quā rem nullū iunioꝝ mihi in hac vsq̄ etate cohabitare per misi ne exēplo meo alteri⁹ districtio laxaret̄. Nūq̄ enī erit efficax instituētis auctoritas nisi eā effectu operis sui cordi affixerit audientis.

De respōsiōe nostra ꝯtra excusationē ei⁹. C. v.

Ad hec nos nō mediocri confusione compuncti ita respondim⁹. Licet sufficere nobis ad omnē instructionē debeat vel loci istius difficultas vel ipsa etiā solitaria adhuc vita. quā iuuētus quoq̄ robusta vix posset tolerare. que nos etiā te tacente satis abundeq̄ instruūt atq̄ cōpungunt: rogam⁹ tamē vt taciturnitate paululū p̄termissa. ea nobis poti⁹ dignāter infundas per que hāc quā videmus in te virtutē nō tam imitatione cōplecti q̄ admiratione possimus. Nā etiā si reuelatus tibi tepor noster impetrare id qō expetim⁹ nō meretur: debet hoc saltē labor tāti itineris obtinere quo huc de bethleemitici cenobij rudimētis institutiōis vr̄e desiderio ꝛ ꝓfect⁹ nr̄i amore ꝓpauim⁹.

¶ Propositio abbatis cheremonis quod tribus modis vicia vincantur. Capi. vi.

T Unc beatus Cheremon tria sunt inquit que faciunt homines a vicijs temperare. i. aut metus gehenne siue presentium legum: aut spes atque desiderium regni celorum: aut affectus boni ipsius amorque virtutum. Nam timor ita mali contagium legitur execrari. Timor domini odit malitiam. Spes etiam viciorum omnium excludit incursum. Non enim delinquent omnes qui sperant in eum. Amor quoque ruinam non metuit peccatorum: quia charitas nunquam cadit. Et iterum. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et idcirco beatus apostolus omnem salutis summam in istarum trium virtutum consummatione concludens: nunc inquit manent fides: spes: charitas tria hec. Fides namque est que futuri iudicij ac suppliciorum metu viciorum facit contagia declinari: spes que mentem nostram de presentibus auocans vniuersas corporis voluptates celestium premiorum expectatione contemnit. charitas que nos ad amorem christi et spiritualium virtutum fructum in mentis ardore succendens quicquid illis contrarium est toto facit odio detestari. Que tria licet ad vnum finem tendere videantur: prouocant enim nos a rebus illicitis abstinere: magnis tamen excellentie sue gradibus ab inuicem disparantur. Duo namque superiora proprie hominum sunt eorum qui ad profectum tendentes necdum affectum concepere virtutum. Tertium specialiter dei est et eorum qui in sese imaginem dei ac similitudinem receperunt. Ille namque solus ea que bona sunt nullo metu nulla remunerationis gratia prouocante: sed solo bonitatis affectu operatur. Omnia enim vt ait salomon operatus est dominus propter semetipsum. Sue namque bonitatis obtentu omnem bonorum copiam dignis indignisque largitur: quia nec fatigari iniurijs potest nec iniquitatibus hominum passibiliter permoueri: semper. s. manens perfecta bonitas immutabilisque natura.

¶ Quibus gradibus ad sublimitatem charitatis possit ascendi: et que sit in ea stabilitas. Capi. vij.

S I quis igitur ad perfectionem tendit. de illo primo timoris gradu quem proprie diximus esse seruilem. de quo dicitur: cum omnia feceritis. dicite quia serui inutiles sumus: ad altiorem spei tramitem gradu proficiente conscendet: qui iam non seruo sed mercenario comparatur: quia mercedem retributionis expectat. et quasi de peccatorum absolutione et penali timore securus ac bonorum sibi operum conscius. licet placiti premium videatur expetere: tamen ad affectum illum filij qui de paterne indulgentie liberalitate confidens. omnia que patris sunt sua esse non ambigit. peruenire non potuit: ad quem etiam ille prodigus. qui cum substantia patris etiam filij nomen amiserat. aspirare non audet dicens. Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Post illas. n. porcorum siliquas quarum ei satietas negabatur. i. viciorum sordidos cibos: quia in semetipsum reuersus et salutari timore compunctus. immundiciam porcorum horrere iam ceperat. ac dire famis supplicia formidabat. velut iam seruus effectus etiam mercenarij statum de mercede iam cogitans concupiscit ac dicit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: et ego hic fame pereo. Reuertar ergo ad patrem meum: et dicam illi. Pater: peccaui in celum et coram te iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.

¶ Quantum excellant qui per charitatis affectum declinant a vicijs. Capitulum. viij.

S Ed ad istam humilis penitentie vocem in occursum eius pater prosiliens. maiore quam emissus fuerat pietate suscepit: eumque non contentus minora concedere. vtroque gradu sine dilatione transcurso. pristine filiorum restituit dignitati. Festinandum. proinde etiam nobis est. vt ad tertium filiorum gradum qui omnia que patris sunt sua esse credunt per indissolubilem charitatis gratiam conscendentes celestis illius patris imaginem ac similitudinem recipere mereamur: et ad imitationem veri illius filij proclamare possimus. Omnia que habet pater mea sunt. Quod etiam de nobis beatus apostolus profitetur dicens: Omnia vestra sunt: siue paulus: siue apollo: siue cephas: siue mundus: siue vita: siue mors: siue presentia: siue futura: omnia vestra sunt. Ad quam similitudinem etiam saluatoris precepta nos prouocant. Estote igitur et vos perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. In illis. n. nonnunquam solet interrumpi bonitatis affectus. cum aliquo vel tepore vel leticia vel oblectatione vigor animi relaxatus: aut metum ad presens gehenne aut desiderium subtrahit futurorum. Et est quidem in illis gradus cuiusdam profectus imbuens nos. vt dum vel penarum metu vel premiorum spe incipimus vicia declinare. ad charitatis gradum transire possimus: quia timor inquit non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus: quia deus prior dilexit nos. Non ergo aliter ad illam veram perfectionem conscendere poterimus. nisi quemadmodum nullius alterius nisi nostre salutis gratia. prior nos ille dilexit: ita eum nos quoque nullius alterius rei. nisi sui tantum amoris dilexerimus obtentu. Quamobrem nobis studendum est vt de hoc timore ad spem: de spe ad charitatem dei vel ipsarum virtutum amorem: perfecto mentis conscendamus ardore: vt transmigrantes in affectum boni ipsius imobiliter. quantum humane possibile est nature quod bonum est retentemus.

¶ Quod charitas non solum de seruis filios faciat sed etiam imaginem dei ac similitudinem conferat Cap. ix.

M Ultum namque differt inter eum qui metu gehenne vel spe retributionis future viciorum in se extinguit incendia: et eum qui diuine charitatis affectu ipsam malitiam et immundiciam perhorrescit. ac puritatis possidet bonum amore tantum et desiderio castitatis: nec iam remunerationem future promissionis aspiciens. sed presentis boni delectatus conscientia agit omnia. nec contemplatione penarum sed delectatione virtutum. Hic namque status nec submotis cunctorum hominum testimonijs abuti occasione peccati. nec occultis cogitationum violari oblectationibus potest: dum affectum virtutis ipsius medullitus retinens quicquid illi contrarium est. non solum corde non recipit. verum etiam

sūmo detestat horrore. Aliud nanq̧ est p̄senti bono quēpiā delectatū. odio habere viciorum carnis ve contagia: aliud future remunerationis intuitu illicitas cōcupiscētias refrenare: aliudq̧ est p̄sens metuere detrimentū. et aliud futurū formidare supplicium. Postremo multo mai⁹ est pp bonū ipz a bono nolle discedere: q̄ pp metū mali malis nō prebere consensū. In illo. n. voluntariū bonū est: in isto vero velut coactū et tanq̄ nolenti violēter extortū: vel metu supplicij vl' cupiditate p̄miorum. Nā q timoris obtentu a viciorum abstinet blādimētis. adepto timoris obstaculo rursū ad illud qđ diligit reuertet: et ob id nec stabilitatē boni iugiter obtinebit. sed nec ab ipugnatione qdē aliquādo requiescet: q2 nec firmam ac ppetuā pacē castimonie possidebit. Ubi est. n. inquetudo bellorum: nō possunt nō etiā vulnerū iteruenire discrimina. Necesse est. n. quēpiā in cōflictu sitū: q̄uis bellator sit ac fortiter dimicās et letalia aduersarijs vulnera frequēter infligat. nōnūq̄ tamē hostili mucrone pstringi. Qui vero supata ipugnatiōe viciorū pacis iā securitate pfruit. et trāsijt in ipsi⁹ virtutis affectū. iugē statū illi⁹ boni cui⁹ iaz tot⁹ est retētabit q2 dāno intime castitatis nihil credit eē dānosi⁹. Nec eniz carius ac p̄ciosius qcq̄ p̄senti iudicat puritate cui pena grauis est. vel virtutū pniciosa trāsgressio. vel ipsius vicij virulenta cōtagio. Huic inq̄ nec reuerētia humane p̄sentie qcq̄ adijciet honestatis. nec minuet solitudo: sz vbiq̧ secū semp̧ circūferēs arbitrū nō solū actuū sed etiā cogitationū suarum cōscientiaz. illi potissimū studere contēdit. quē nec circūueniri nec falli. nec subterfugere se posse cognoscit.

¶ Qđ pfectio charitatis sit p inimicis orare: et quo indicio anima necdū purgata noscatur. Cap. x.

Quem statuz si qs de adiutorio dei nō de studij sui labore presumēs meruerit possidere: de cōditiōe seruili in qua timor est. et mercenaria spei cupiditate in qua nō tā bonitas largientis q̄ premiū retributiōis expetit. in adoptionē incipiet trāsire filiorum: vbi iam nō timor non cupiditas sed illa charitas que nunq̄ cadit iugiter pseuerat. De quo timore et charitate quosdā increpans domin⁹ quid cuiq̧ psone cōueniret ostēdit. Filius honorat patrē: et seruus dn̄m suū timet. Et si pater ego sū: vbi ē honor meus. Et si domin⁹ ego sū: vbi ē timor me⁹. Necesse est. n. eū timere q seru⁹ est: q2 seruus sciēs volūtatē dn̄i sui et nō faciēs digne vapulabit plagis multis. Per hāc itaq̧ charitatē qsquis ad imaginē dei similitudinēq̧ puenerit. bono iā pp boni ipsius delectabit voluntatē: ac similē quodam modo possidēs patientie ac lenitatis affectū. nullis deinceps peccantiū vicijs irascet: sed veniā poti⁹ infirmitatib⁹ eorum cōdolens atq̧ cōpatiēs iplorabit. seq̧ reminiscēs tādiu similiū passionū stimulis ipugnatū. donec miseratiōe domini saluaret: nec suo erutū studio ab ipugnatiōe carnali. sed dei ptectiōe saluatū. non iracūdiaz sed misericordiā errantib⁹ intelliget impēdendaz: illuz versiculuz ad deuz cum omni cordis trāquillitate decātans. Tu dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Et nisi q2 dn̄s adiuuit me: paulomin⁹ habitauerat in inferno anima mea. Et in hac mētis humilitate cōsistens: poterit etiaz euangelicuz illud perfectiōis explere mandatū. Diligite inimicos vestros. et benefacite his q oderunt vos et orate pro persequētibus et calūniantibus vos: et ita ad illud premiuz quod subiūgitur merebit peruenire: per qđ non soluz imaginez dei et similitudinez preferam⁹. veruz etiā filij dei nūcupemur: vt sitis inquit filij patris vestri qui in celis est: qui solez suū oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Quez affectuz beatus iohānes assequutū se esse cognoscēs ait. Ut fiduciam habeam⁹ in die iudicij: quia sicut ille est et nos sum⁹ in hoc mūdo. In quo eniz infirma et fragilis humana natura esse sicut ille est potest. nisi se in bonos et malos iustos et iniustos ad imitationez dei placida semper sui cordis extenderit charitate. Et vt bonū pter boni ipsius operet affectū. perueniēs ad illā veram adoptionez filiorum dei. de qua idem beatus apostol⁹ ita pronunciat. Omnis qui nat⁹ est ex deo peccatuz nō facit. quia semē ipius in eo est: et nō pōt peccare. quoniā ex deo natus est. Et iteruz. Scim⁹ quia omis qui nat⁹ est ex deo nō peccat. sed generatio dei conseruat eum et malignus nō tāgit eū. Qđ intelligendum est nō de omni genere peccatorum sed de capitalibus tantū criminib⁹ dici. a quib⁹ se quisquis extrahere atq̧ emundare noluerit. pro illo in alio loco p̄dictus apostolus ne orari quidē debere pronūciat. qui scit inquiēs fratrē suum peccare peccatū non ad mortē. petat et dabitur ei vita peccanti non ad mortez. Est peccatū ad mortez. non pro illo dico vt roget quis. Ceterū de illis que pnunciātur non esse ad mortez. a quib⁹ etiaz hi qui fideliter christo deseruiunt. quātalibet semetipos circunspectiōe custodiāt. imunes esse nō possunt. ita dicitur. Si dixerim⁹ quoniaz peccatū nō habem⁹ ip̄i nos seducimus et veritas in nobis nō est. Et iterū. Si dixerimus quia nō peccauimus. mendacē facim⁹ euz. et verbuz eius nō est in nobis. Impossibile nāq̧ est quēlibet sanctoruz non in istis minutis que per sermonez: per cogitationez: per ignorātiaz: per obliuionez: per necessitatez: per voluntatez: per obreptionem. admittuntur incurrere. Que licet ab illo peccato quod ad mortez esse dicit aliena sint. culpa tamē ac reprehensione carere nō possunt. Cum ergo quis hūc quē predixim⁹ bonitatis affectū et imitatiōnē dei fuerit assequut⁹. tunc viscerib⁹ dominice lōganimitatis indut⁹ pro persecutorib⁹ quoq̧ suis orabit similiter dicens. Pater ignosce eis. nō enim sciunt qd faciunt. Ceterū euidens indiciū est aīe necdum viciorum fecibus eliquate. in criminibus alienis

nō affectu misericordie cōdolere. sed rigidam iudicantis tenere censurā. Nam queadmodū perfectionem cordis poterit obtinere is qui non habet illud quod apostol⁹ plenitudinez legis consūmare posse signauit: alterutrū iquiēs onera vestra portate. ꝛ sic implebitis legez christi. sed nec illaz virtutez possidet charitatis. que nō irritatur. nō inflatur. nō cogitat malum. que omnia suffert omīa sustinet. Justus eniz miseretur animas pecorum suorum. viscera aūt impiorum sine misericordia. Ideoqꝫ ijsdē vicijs monachum subiacere certissimuz est. que in alio iclemēti atqꝫ inhumana seueritate ꝯdēnat. Rex eniz rigidus incurrit mala. ꝛ qui obturat aures suas ne audiat infirmū. ꝛ ipē iuocabit ꝛ nō erit q exaudiat eū.

Interrogatio cur affectū timoris ꝛ spei dixerit imperfectum. Capitulū. xi.

Germanus. Potenter quidē atqꝫ magnifice de perfecta dei charitate disertum est verū tamen illud nos permouet quod cū eam tanta laude pretuleris. timorem dei ꝛ spem retributionis eterne imperfecta esse dixisti. cum vtiqꝫ multo aliud videatur de eis ꝓpheta sensisse dicens. timete dominū omnes sancti eius. quia nihil deest timentib⁹ euz. ꝛ iteruz in obseruandis iustificatiōibus dei. retributōis se cōtemplatione fateatur exercitatum: inclinaui inquiēs cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternuz propter retributionem. Et apostolus Fide inquit moises grandis factus negauit se esse filiuz filie pharaonis. magis eligens affligi cuz populo dei q̄ tēporalis peccati habere iocunditatez. maiores diuitias existimans thesauris egyptiorum iproperiuz christi. Aspiciebat eni in remunerationez. Quomodo ergo imperfecta eē credenda est. cuz ꝛ beatus dauid retributionis obtentu iustificationes domini se fecisse glorietur. ꝛ legislator premia futura prospiciēs. spreuisse adoptionem regie dignitatis. ꝛ afflictionem dirissimā egyptiorum thesauris pretulisse dicatur.

Responsio de diuersitate perfectionū. Cap. xij.

Cheremon. Pro statu atqꝫ mēsura vniuscuiusqꝫ mentis scriptura diuia ad diuersos perfectionuz gradus arbitrij nostri ꝓuocat libertatez. Nec eniz poterat vniformis omnibus perfectiōis corona proponi: quia nec omnium vna virtus aut volūtas aut feruor est: ꝛ idcirco ipa ruz quodāmodo perfectionuz diuersos ordines diuersasqꝫ mensuras sermo diuin⁹ instituit. Quod ita esse euāgelicaruz quoqꝫ beatitudinuz varietas euidenter ostendit. Licet eniz beati dicātur quorū sūt regna celorum: ꝛ beati qui possidebunt terrā: ꝛ beati qui consolationez recipiēt: ꝛ beati qui saturitate potientur: tamen multuz credimus interesse inter habitationem regni celorum ꝛ possessionē illius quecūqꝫ est terre: ꝛ inter perceptionē consolationis ꝛ plenitudinez saturitatemqꝫ iustitie: multumqꝫ distare iter illos qui misericordiā consequentur. ꝛ illos qui gloriosissima visione dei perfrui merebūtur. Alia. n. gloria solis: ꝛ alia gloria lune: ꝛ alia gloria stellarū. Stella eni a stella differt in gloria: ita ꝛ resurrectio mortuorum. Cuz igitur iuxta hunc modum scriptura diuina timētes deuz laudet ꝛ dicat. Beati omēs qui timent dominuz. ꝛ plenā per hoc illis beatitudinez repromittat. iterū tamen dicit. Timor nō est in charitate. sed perfecta charitas foras mittit timorē quoniā timor penā habet. Qui autē timet. nō est ꝑfectus in charitate. Et rursus cū seruire deo gloriosū sit ꝛ dicat: Seruite domino in timore. ꝛ magnuz tibi ē. vocari seruū meū. ꝛ beatus seruus ille quē cū venerit dominus suus inuenerit sic facientē: tamen ad apostolos dicit. Jam nō dicaz vos seruos q2 seruus nescit quid faciat domin⁹ su⁹: vos autē dico amicos: quia omnia quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Et iterū. Uos amici mei estis. si feceritis ea quē ꝓcipio vobis. Uidetꝭ ergo ꝑfectionū grad⁹ eē diuersos. ꝛ de excelsis ad excelsiora nos a dn̄o ꝓuocari: ita vt is q in timore dei beatus ꝛ perfect⁹ extiterit ābulās sicut scriptuz est. de virtute in virtutē ꝛ de ꝑfectōe ad aliā ꝑfectionē. i. de timore ad spē mētis alacritate ꝓcēdēs. ad beatiorē denuo statū qꝺ ē charitas iuitet: ꝛ q fuerit fidelis seru⁹ ac prudēs. ad amicitie sodalitatē ꝛ adoptōez trāseat filiorum. Scd̄z ergo hūc sensū nr̄a quoqꝫ ē itelligēda snīa: n̄ quo cōtēplationē ꝑpetue illi⁹ pene vel beatissime retributionis q̄ repromittitꝰ sanctꝭ. nulli⁹ ꝓnūciem⁹ eē momēti: s3 q2 cū sint vtiles ꝛ sectatores suos ad initia beatitudis introducāt. charitas rursuz in qua plenior fiducia ꝑpetuūqꝫ iā gaudiū ē assumēs eos d̄ timore seruili ꝛ mercenaria spe. ad dilectionē dei ꝛ adoptionē trāsferet filiorum. ꝛ quodāmō ꝑfectiores faciet de ꝑfectꝭ. Multe. n. ait saluator māsiōes sunt apud patrem meū. Et licet oīa astra eē videantꝰ i celo. inter claritatē tn̄ solis ꝛ lune atqꝫ luciferi ceterarūqꝫ stellarū multa distātia ē. Et idcirco btūs apostol⁹ n̄ solū timori ac spei. s3 ēt cūctꝭ charismatib⁹ q̄ magna ac mirifica habentꝰ eā ꝑferēs sup̄ modū. excellētiorē oībus viā charitatꝭ ondit. Nā cū vellet expleto oī catalogo spiritaliū charismatū virtutū ei⁹ mēbra d̄scribere. ita ꝑfat⁹ est. Et adhuc supra modū excellētiorē viā vobis d̄mōstro. Si liguis hominū loquar et āgelorum. ꝛ si habuero ꝓphetiā ꝛ noueri mysteria oīa ꝛ oēm sciaz ꝛ si habuero oēm fidē ita vt mōtes trāsferā. ꝛ si distribuero i cibos paupuz oēs facultates meas. ꝛ si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeaz. charitatē āt n̄ habuero nihil mihi ꝓdest. Uidetꝭ ḡ nihil ꝑciosi⁹. nihil ꝑfecti⁹. nihilqꝫ sublimi⁹ ꝛ vt ita dixeri nihil charitate pēni⁹ iueniri. Siue. n. ꝓphetie euacuabuntꝰ: siue ligue cessabūt. siue scia destruetꝰ: charitas āt nūqꝫ excidet: sine qua n̄ solū illa ꝑcellētissima charismatū genera. s3 ēt martyrij ipsi⁹ gloria vacuatur.

De tiore q charitatꝭ magnitudie generatꝰ. c. xiij.

Quisquis igitur in huius fuerit charitatis perfectione fundatus necesse est vt ad illū

sublimiorē charitatis timorem gradu excellentiore cōscendat: quē nō penarum terror nec cupido premiorum sed amoris generat magnitudo: quo vel filius indulgētissimū patrē. vel fratrē frater. vel amicum amicus. vel coniugē cōiunx solicito reueretur affectu: dū eius nō verbera neqꝫ cōuicia. sed vel tenuē amoris formidat offensā. atqꝫ in omnibus nō solū actibus verū etiā verbis attonita semp pietate distenditur. ne erga se quātulūcūqꝫ feruor dilectiōis illius itepescat. Cuius timoris magnificentiā Isaias vnus prophetarū eleganter expressit Diuitie iquiēs salutis sapiā et scientia: timor dñi ipse thesaurus eius. Nō potuit timoris istius dignitatē ac meritū magis euidēter exprimere. qꝫ vt diuitias salutis nostre q̄ in vera sapiētia dei sciētiaqꝫ cōsistūt. diceret nisi a tiore dñi nō posse suari. Ad hūc igit metū nō peccatores sed sācti ꝑpheticis iuitātur eloquijs: dicēte psalmigrapho. Timete dñm oēs sancti eius: qr nihil deest timētibus eū. Qui eni hoc timore dominū metuit: pfectōi eius certū ē nihil deesse. Nā de illo tiore penali eui dēter iohānes apl's dicit. Qui timet nō ē pfectus i charitate: qr timor penam habet. Multa ergo distātia ē inter istū timorē cui nihil deest. q̄ sapiētie scientieqꝫ thesaurus ē et illum iperfectū qui pncipiū sapiē nūcupatur. quiqꝫ penā in sese cōtinens. de pfectorum cordibus supueniēte plenitudine charitatis extruditur. Timor eni nō ē i charitate: sed pfecta charitas foras mittit timorē. Et re vera si principiū sapiētie in timore cōsistit. q̄ erit eius nisi in christi charitate perfectio. que illū in sese perfecte dilectiōis cōtinēs metū. nō iam principiū sed thesaurus sapiētie et sciētie nuncupatur. Et idcirco duplex timoris est gradus: vnus incipientiū. i. eorum qui adhuc sub iugo et terrore seruili sunt: de quo dicitur. Et seruus dominū suum timebit. Et in euāgelio. Iā nō dicam vos seruos. quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Et ideo seruus inqt nō manet i. domo in eternū. filius manet in eternū. Imbuit eni nos vt ab illo penali metu ad charitatis plenissimā libertatē et amicorū filiorūqꝫ dei fiduciā trāseamus. Deniqꝫ beatus apostolus qui seruilē illum timoris gradū olim charitatis dñice virtute trāscēderat. iseriora despiciēs: maioribus se ditatū donis a dño sic ꝑfitetur. Nō. n. inquit dedit nobis deus spiritū timoris: sed virtutis et dilectionis et sobrietatis. Eos etiā q perfecta celestis illius pr̄is dilectiōe flagrabāt. quosqꝫ ex suis filios adoptio diuia iam fecerat hoc adhortatur eloqo. Nō eni accepistis spūm seruitutis iterū in timore: sed accepistis spūm adoptionis filiorum. in quo clamamus abba pater. De hoc etiā metu cum illam septiformē spūssancti grām propheta describeret: quē in hoie illo dominico sm icarnationis dispensationem descēdisse nō dubiū est dixissetqꝫ Et requiescet sup eum spūs dñi: spūs sapientie et intellectus: spūs consilij et fortitudinis: spūs sciētie et pietatis: nouissime velut qddā pcipuū intulit dicēs. Et replebit eū spūs tioris dñi. In quo primitus illud diligētius ē intuēdū. qꝫ nō dixerit. et regescet sup eū spūs tioris dñi. sicut de illis prioribus dixerat: sed replebit iquit eū spūs tioris dñi. Tāta. n. vbertatis eius ē magnitudo. vt quem semel sua vtute possederit: nō partē sed totā eius occupet mētē. Nec imerito. Illi eteni q̄ nūqꝫ excidet coherēs charitati: n̄ solū replet. sed ēt ꝑpetua et isepabili cum quem ceperit possidet iugitate: nullis leticie tēporalis vel voluptatum oblectationibus iminutus. Qd nōnunqꝫ illi qui foras mittatur timori euenire ꝯsueuit. Hic est igitur pfectionis timor: quo homo ille dñicus. qui nō solū redimere hūanum genus. sed etiā prebere venerat pfectiōis formā atqꝫ exempla virtutū repletus fuisse narratur. Illum eni seruilem suppliciorū tiorem. verus dei filius q peccatū nō fecit nec dolus iuētus ē in ore eius: habere nō potuit.

Interrogatio de cōsūmatione castitatis. ca. xiiij.

Germanus. Quia de perfectione charitatis sermo digestus est: volumus etiam de castitatis fine aliqua liberius sciscitari. Nō eni ambigimus illud precelsum fastigiū charitatis. per quā sicut huc vsqꝫ disertum est. ad imaginē dei similitudinēqꝫ cōscenditur. sine castitatis perfectiōe subsistere oino nō posse: sed vtrū ita eius possit ꝑpetuitas obtineri. vt nūqꝫ libidinis titillatio integritatem nostri cordis infestet: et ita valeamus ab hac passione carnali degētes i corpore regenerari. vt nūqꝫ icētiuorum estibus aduramur. volumus edoceri.

Dilatio expositionis postulate. Ca. xv.

Cheremō. Sūme qdē beatitudis ac singularis ē meriti. ita istum p quē dño coheremus affectū. vel discere iugit vel docere. vt meditatio eius sm psalmigraphi sētētiā oēs vite nr̄e dies noctesqꝫ ꝯsūmat. et mētē nr̄am isatiabiliter esuriētē sitiētēqꝫ iustitiā celestis huius cibi ꝑpetua ruminatōe sustētet. Sed ꝯsulēdū ē ēt iumēto corporis nr̄i sm benignissimā saluatoris nr̄i ꝓuidētiā. ne deficiat i via. Spūs eī ꝓmptus. caro aūt ifirma: q̄ ēt nūc vel exigui cibi pceptiōe curāda ē. vt post refectionē eius ēt ad ea q̄ desideratis diligētius idagāda. mētis quoqꝫ addatur intentio.

Explicit collatio prima abbatis cheremōis de perfectione.

Incipit collatio secunda abbatis cheremonis de castitate q̄ in ordine libri ē duodecima. C. i.

Refectiōe corporis sacra. q̄ doctrine cibum desiderātibus nobis onerosa magis visa ē qꝫ iocūda. cū illico nos ꝓmissi smōis debitū senex expectare sētisset. grata ē iqt mihi nō solū attōita ad discēdū vr̄e mētis itētio sed etiā disciplia ꝓposite q̄stiōis. Rōnabiliter ei re vera introgatiōis a vobis ordo suatus ē. Necesse ē ei vt tā excelse plenitudinem charitatis immensa illa perfecte atqꝫ perpetue castimonie premia consequantur: parqꝫ sit gaudium in tanta parilitate palmarum.

Tanta eniꝫ sibi societate federantur. vt vna absq̄ altera nequeat possideri. Hoc igiť ꝓpositio vr̃a cõplexa ē: vt verũ ignis ille cõcupiscẽtie. cuius h̄ caro velut insituꝫ sẽtit ardorẽ. ad plenũ possit extingui. disputatiõe simili pãderem⁹: de quo primũ qd btũs apostolus sẽserit diligẽtius iquiram⁹. Mortificate iquit mẽbra vr̃a que sunt sup terrã. Prim⁹ ergo q̃ cetera pscrutemur: q̃ ista sint mẽbra q̃ mortificari p̄ ceperit indagem⁹. Neq̄ eni btũs apostolus ad abscissioneꝫ manuũ aut pedũ aut genitaliũ imiti nos p̄ ceptiõe cõpellit: sed corpus peccati qḋ vtriq̄ cõstat ex mẽbris. q̃ totius destrui ȝelo pfecte desiderat sanctitatis: de quo corpore alibi. vt destruať inqť corp⁹ peccati. Et que sit eius destructio cõsequẽter expo nit. Vt iã inqť nõ seruiam⁹ peccato. A quo ẽt se liberari cũ eiulatu postulat dicens. Infelix ego homo. quis me liberabit de corpore mortis huius.

¶ De corpore peccati ⁊ mẽbris eius. Ca. ij.

b Oc itaq̄ peccati corp⁹ multis vicioꝝ mẽbris ꝓbať extructũ. ⁊ ad eius attiere portionẽ quicqd vel facto. vel dicto vel cogitatione peccať: cuius mẽbra rectissime sup terrã eẽ dicũtur. Nõ eni possũt hi qui eorũ vtũtur ministerio veridice ꝓfiteri: nostra aũt ꝯuersatio i celis ẽ. Hui⁹ igiť corporis i hoc loco apl's mẽbra describẽs: mortificate iquit mẽbra vestra q̃ sũt sup terrã: fornicationẽ: imundiciã: libidinẽ: cõcupiscẽtiaꝫ malã ⁊ auariciã que ẽ simulacroꝝ seruit⁹. Prio itaq̄ loco fornicationẽ credidit iserẽdã. que carnali cõmixtiõe ꝑficiť. Scdm ẽt mẽbrũ imundiciã nũcupauit: q̃ nõnũq̄ absq̄ vllo mulieris tactu vel dormiẽtib⁹ vl' vigilãtibus per icuriã incircũspecte mentis obrepit: ⁊ ideo notať ac ꝓhibetur in lege. q̃ imũdos quosq̄ nõ solũ sacraꝝ carniũ ꝑticipatõe ꝑuauit. verũ ẽt ne cõtactu suo sãcta pollueret. a castroꝝ iussit ꝯgregatõe secerni dicẽs. Anima q̃cunq̄ comederit de carnib⁹ sacrificij salutaris qḋ ẽ dñi in qua ẽ imundicia ꝑibit corã dño: ⁊ qcqd tetigerit imundus imũdũ erit. In deuteronomio quoq̄. Si fuerit int vos homo q nocturno pollutus est somnio: egrediet̃ extra castra ⁊ nõ reuerteť priusq̃ ad vesperã laueť aqua. ⁊ post solis occasuꝫ regredieť in castra. Deide tertiũ peccati mẽbruꝫ libidinẽ ponit: que i recessibus coalescẽs aie accidere cuipiã etiã sine corpis passiõe potest. Libidinẽ eni ab eo qḋ libeat dictã eẽ nõ dubiũ est. Post hec ḋ maiorib⁹ peccatis ad miora descẽdẽs. quartũ itulit mẽbruꝫ. cõcupiscẽtiã malã: que nõ solũ ad predictã ipudicitie passionẽ verũ etiã ad oẽs noxias cupiditates generaliter referri põt: que corrupte tãtũmõ voluptatis est egritudo. De qua domin⁹ i euãgelio. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã: iã mechat⁹ ẽ eã in corde suo. Multo. n. mai⁹ ẽ etiã tũc mẽtis lubrice desideriũ cõtinere. cũ ei ille cebrosi aspect⁹ offerť occasio. Quib⁹ manifestissime cõprobať. ad pfectionẽ puritatis castimoniã cõtinẽtie corporalis solã nõ posse sufficere. nisi ei ẽt mẽtis addatur integritas. Post que omnia nouissimũ illius corporis mẽbrũ. ⁊ auaritiã inqt: proculdubio ostendẽs nõ solũ ab appetitu rerũ alienarũ animũ cõtinẽdũ. verũ etiã ꝓpria magnanimiť cõtẽnenda. Hoc eni ⁊ in actib⁹ apostoloꝝ fecisse legiť credẽtiũ multitudo: de q̃ dicit. Multitudinis aũt credẽtiuꝫ erat cor vnũ ⁊ aia vna: nec qsq̄ eoꝝ que possidebãt aliqd suũ eẽ dicebat. sꝫ erãt illis oĩa cõmũia. Quot quot eni possessores agrorũ aut domorũ erãt. vẽdẽtes afferebãt precia eorũ que vẽdebãt. ⁊ ponebãt añ pedes apostolorũ. Diuidebať aũt singulis ꝓut cuiq̄ opus erat. Et ne ad paucos ꝑtinere videreť ista pfectio: auaritiã simulacroꝝ seruitutẽ esse testat⁹ ẽ. Nec imerito. Quisq̄s eni nõ cõmunicat necessitatibus egenoꝝ. ⁊ pecunie sue quã ifideli tenacitate cõseruat. christi precepta postpõit. idolatrie crimen incurrit: amorem scilicet materie mũdialis diuine preferens charitati.

¶ De mortificatõe fornicatõis ⁊ imũdicie. ca. iij.

s I ergo multos ita pro christo suas vidensmus abiecisse substãtias: vt nõ soluꝫ possessioneꝫ pecuniarũ. veꝝ etiã desideriũ de cordibus eoruꝫ iperpetuũ probem⁹ abscisũ. cõsequẽs ẽ vt eodẽ modo etiã fornicatiõis ardorẽ extingui posse credam⁹. Neq̄ eni rẽ ipossibilẽ apl's cũ possibili cõiunxisset: sꝫ vtraq̄ sciẽs eẽ possibilia. pari modo mortificãda decreuit. Et intãtũ btũs apl's fornicationem siue imundiciam de nr̃is mẽbris extirpari posse cõfidit: vt nõ solũ mortificari ea. sꝫ ne nomiari qdẽ i nobis debere ꝓnũciet. Fornicatio ingens ⁊ oĩs imũdicia aut auaricia nec nomineť i vobis: aut turpitudo: aut stultiloquiũ: aut scurrilitas. que ad rẽ nõ pertinet. Que etiã pari modo pniciosa esse. ⁊ equali nos a regno dei exclusiõe depelleť edocet dicẽs. Illud aũt scitote. qm̃ omnis fornicator aut imũdus aut auarus qḋ est idolorũ seruitus: nõ habet hereditatem in regno christi ⁊ dei. Et iterum. Nolite errare: neq̄ fornicarij: neq̄ idolis seruientes: neq̄ adulteri: neq̄ molles: neq̄ masculoruꝫ cõcubitores: neq̄ fures: neq̄ auari: neq̄ ebriosi: neq̄ maledici: neq̄ rapaces regnuꝫ dei possidebũt. Dubiuꝫ proinde esse nõ debet. fornicationis ⁊ imundicie de mẽbris nostris aboleri posse contagiuꝫ: quãdoquidẽ nõ aliter ea q̃ auaritiam: stultiloquiũ: scurrilitatem. ebrietatem ac furta quorũ facilis amputatio est. mãdauerit abscidenda.

¶ Qḋ ad obtinẽdam castimonie puritatẽ nõ sufficit humani laboris intentio. Ca. iiij.

c Ertos tamen esse nos conuenit. q̄ licet omneꝫ continentie districtioneꝫ. famem scꝫ ac sitim vigilias quoq̄ ⁊ operis iugitateꝫ. atq̄ incessabile subeamus studium lectionis: perpetuaꝫ tamen castimonie puritateꝫ horum laborũ merito ꝯtigere neq̃am⁹. nisi i his iugiť ḋsudãtes expiẽtie magisterio doceamur icoruptionẽ eius diuie grẽ largitate cõcedi. Ob hoc sane solũmõ se

vnusquisque infatigabiliter in his exercitijs perdurare debere cognoscat: vt per illorum afflictionem misericordiam domini consequutus. de impugnatione carnis ac dominatione prepotentium viciorum diuino mereatur munere liberari. non quo adepturum semper illa confidat istam quam cupit inuiolatam corporis castitatem. Tanto autem erga acquisitionem castimonie desiderio atque amore inflamemur. quanto quis pecuniarum cupidissimus appetitor. vel qui summa honorum ambitione distenditur. vel qui intolerabili pulchre mulieris amore rapitur. desiderium suum impatientissimo ardore optat expleri: et ita fiet: vt dum pro integritatis perpetuitate insatiabili cupiditate succendimur. desiderabilis despicatur cibus: necessarius horreat potus: somnus denique ipse nature debitus respuatur. vel certe vt deceptor fraudulentissimus puritatis et emulus atque contrarius castitati. attonita atque suspecta mente capiatur: et ita vnusquisque quotidie integritatis sue matutinus explorator effectus. de collata sibi purificatione congaudeat. eamque se non suo studio nec vigilantia sed protectione domini sentiat consequutum. ac tandiu illius perseuerantiam suo corpori intelligat cohesuram. quamdiu eam dominus sua fuerit miseratione largitus. Qui ei hanc stabiliter obtinet fidem. nequaquam superbum sapiens de sua virtute confidet: neque seductus longis obsceni liquoris inducijs blandissima securitate soluetur: sciens impurissime colluuionis aspergine se protinus maculandum. si vel paululum quid ab eo protectio diuina discesserit. ac proinde pro perpetuitate eius cum omni contritione et humilitate cordis. indefessis est orationibus excubandum.

De vtilitate impugnationis que nobis de incentiuorum estibus generatur. Ca. v.

Vltis autem capere per huius rei quam dicimus veritatem euidens argumentum. per quod et hec que dicta sunt approbetis. et istam corporis pugnam que inimica vobis putatur ac noxia vtiliter membris nostris insertam esse doceamini. Considerate queso illos qui corpore sunt spadones que precipue causa in virtutibus appetendis desides reddat ac tepidos. Nonne quia corrumpende castitatis credunt se periculum non habere. Quod tamen nemo ita proposuisse me credat. vt neminem eorum penitus inueniri posse confirmem. perfecta abrenuntiatione flagrantem: sed quia naturam quodammodo suam vincant. si qui forte eorum ad propositam perfectionis palmam summa animi districtione contendunt: cuius ardor ac desiderium eum quem semel accenderit: famem: sitim: vigilias nuditatem: cunctosque labores corporis. non solum patienter verum etiam libenter sustinere compellit. Vir enim in doloribus laborat sibi: et vim facit perditioni sue. Et iterum. Anime autem egenti etiam amara dulcia videntur. Alias nanque non poterunt desideria presentium rerum vel reprimi vel auelli: nisi pro istis affectibus noxijs quos cupimus amputari. alij salutares fuerint intromissi. Nullatenus enim valet viuacitas mentis. absque alicuius desiderij vel timoris: gaudij vel meroris affectione subsistere: nisi hec eadem in bonam partem fuerint immutata. Et idcirco si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus extrudere. spiritales in earum locis plantemus protinus voluntates vt his animus noster semper inexus et habeat quibus iugiter immoretur. et illecebras presentium ac temporalium respuat gaudiorum. Cumque in hunc statum mens nostra quotidianis exercitijs erudita profecerit. tunc versiculi illius affectum experientia docente concipiet. quem omnes quidem solita psallendi modulatione concinimus: virtutem vero eius non nisi pauci experti percipiunt. Prouidebam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commouear. Ille etenim solus vim atque intellectum huius carminis efficaciter assequitur: qui perueniens ad istam de qua loquimur corporis atque anime puritatem. intelligit se cunctis momentis ne rursus ab eadem deuoluatur a domino conseruari. dextrasque suas. i. operationes sanctas ab eodem iugiter communiri. Dominus enim sanctis suis non a sinistris quia nihil habet sinistrum vir sanctus sed a dextris semper assistit: a peccatoribus vero et impijs non videtur: quia non habent illas dexteras quibus dominus consueuit assistere nec possunt dicere cum propheta. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Quod nullus poterit veridice profiteri. nisi qui vniuersa que in hoc mundo sunt aut noxia aut superflua aut certe inferiora summis virtutibus iudicans. omnem intuitum suum: omne studium: omnem curam erga cultum sui cordis et castimonie defixerit puritatem: atque ita mens istis exercitijs elimata. et profectibus expolita. ad perfectam corporis atque anime perueniet sanctitatem.

Quod patientia ardorem fornicationis extinguat. ca. vj.

Quantum enim quis in lenitate ac patientia cordis q nimi in corpore puritate proficiet: quantoque longius iracundie propulerit passionem tanto castitatem tenacius obtinebit. Non enim estus corporis declinabit nisi qui animi motus ante compresserit. Quod apertissime saluatoris nostri ore laudata beatitudo declarat. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Non ergo aliter nostram possidebimus terram. i. non alias ditioni nostre rebellis huius corporis terra subdetur nisi mens nostra prius fuerit patientie lenitate fundata: nec poterit quis aduersus carnem suam insurgentia libidinis bella comprimere: nisi prius armis mansuetudinis instruatur. Mansueti enim possidebunt terram et inhabitabunt in seculum seculi super eam. Hanc inquit terram quemadmodum obtinere possimus: idem propheta in consequentibus psalmi ipsius edocet. Expecta dominum et custodi viam eius. et exaltabit te. vt hereditate capias terram. Constat ergo ad possessionem terre istius firmiter obtinendam neminem posse conscendere. nisi illos tantum qui per immobilem patientie lenitatem vias domini duras ac precepta seruantes. de ceno carnalium passionum extrahente eodem fuerint exaltati. Mansueti ergo possidebunt terram: et non solum possidebunt eam. sed etiam delectabuntur in multitudine pacis: qua nemo in cuius carne adhuc bel-

nota hic [illegible] fuit pro quod dicit Gregorius [illegible] omne [illegible] nota in meo [illegible] [illegible]

la cōcupiscētie suscitant stabiliter pfruetur. Necesse est eni infestari eū dirissimis demonū plijs: z ignitis luxurie iaculis sauciatū. a terre sue possessiōe deuolui. donec domin⁹ auferat bella vsqȝ ad fines terre eius. arcū cōterat z cōfringat arma. z scuta cōburat igni: illo scȝ quē venit domin⁹ mittere sup terrā: arc⁹ etiā z arma cōfringat. qbus aduersus eū nequicie spiritales dieb⁹ ac noctib⁹ dimicātes. ignitis cōfigebāt cor eius iaculis passionū. Et ita cū eū dñs cōterens bella ab oībus incētiuorū estib⁹ liberarit. ad illuȝ puritatꝭ pueniet statū: vt deposita cōfusione qua semetipsū. i. carnē suā dū ipugnaret horrebat. icipiat ea velut purissimo tabernaculo delectari. Nō. n. accedēt ad euȝ mala. z flagellū nō appropinquabit tabernaculo eius. ad illud scȝ ppheticū patiētie virtute pueniēs. vt māsuetudinis merito nō modo suā hereditet terrā. verū etiā delectet in multitudīe pacis. Ubi aūt adhuc supest solicitudo certaminis: pacis esse nō pōt multitudo. Nō ei ait delectabūtur in pace sȝ in multitudīe pacis. Per qđ euidēter ostēdit. ita efficacissimā medicinam cordis esse patientiaȝ. ꝑȝ illud salomōis: mēsuetus vir cordis est medicus: vt nō solū ire: tristitie: accidie: cenodoxie: supbie: verū etiā libidinis oīmqȝ pariter extirpet fomitē viciorūȝ. In longanimitate eni vt ait salomon psperitas regibus. Nam qui mitis sēper atqȝ tranquillus est: nec iracūdie ptubatiōe succēditur: nec accidie atqȝ tristitie angore cōsumit: nec cenodoxie vanitate distendit nec superbie tumore sustollit. Pax eni multa diligentibus nomē dñi. z nō ē illis scandalū. Et ideo nō imerito pnunciat melior patiēs forte: z qui cōtinet iraȝ capiēte vrbē. Hanc igit pacē donec firmaȝ atqȝ perpetuā obtinere mereamur: multis necesse est nos impugnationibus attemptari. Frequēterqȝ nobis est versiculus iste cū gemitu lachrymisqȝ repetēdus. Miser fact⁹ suȝ z afflictus suȝ vsqȝ quaqȝ: tota die cōtristatus ingrediebar. quoniā lūbi mei ipleti sūt illusionib⁹. z nō est sanitas in carne mea. a facie ire tue. nō est pax ossibus meis a facie insipientie mee. Tūc eniȝ cōpetēter hec z in veritate deflebimus. quādo post longaȝ puritateȝ corporis nostri sperātes iaȝ carnalia nos omnimodis euasisse contagia. stimulos carnis ob elationeȝ cordis aduersum nos rursum sentimus insurgere: vel certe ad falleciam somniorūȝ impuritas nos pristine colluuionis aspergit. Cū ergo ceperit quis diuturna cordis z corporis puritate gaudere necesse est vt duȝ se credit vlteri⁹ iam nō posse ab illa sinceritate deuolui. intra semetipsuȝ quodāmodo glorietur z dicat. Ego dixi in abundantia mea: nō mouebor in eternuȝ. Sed cuȝ vtiliter a domino subrelictus illum puritatis statū in quo sibimet confidebat senserit perturbari. seseqȝ i illo spiritali viderit titubare successu: recurrat protinus ad illius integritatis auctorem. z agnoscens infirmitatem suaȝ. confiteatur z dicat. Domine non in mea sed in tua voluntate prestitisti decori meo virtutem. Auertisti faciem tuaȝ a me z factus suȝ conturbatus. Illud quoqȝ beati Job. Si lotus fuero quasi aquis niuis. z fulserint velut mūdissime man⁹ mee. tamē sordibus itinges me. z abominabūt me vestimēta mea. Quod tamē is q suo vicio se in sordibus tingit: nō pōt dicere suo creatori. Donec ergo ad perfectuȝ puritatis statuȝ perueniat. necesse est euȝ inequalitatibus istis frequētius erudiri. quoadusqȝ per dei gratiaȝ cōfirmatus in illa quaȝ appetit puritate efficaciter dicere mereatur. Expectans expectaui dominū. z respexit me: z exaudiuit preceȝ meaȝ. z eduxit me de lacu miserie z de luto fecis: z statuit supra petram pedes meos: z direxit gressus meos.

De differentijs z gradibus castitatis. Ca. vij.

Multi sunt eni castimonie gradus quibus ad illaȝ inuiolabilē conscēditur puritatē. quos licet nec perspicere nec enūciare vt dignum est virtus nostra sufficiat. tamē quia series narrationis exposcit. scđm mediocritateȝ experientie nostre vtcūqȝ proferre temptabimus. reseruantes perfectiora perfectis: nec preiudicantes his qui feruentiore studio purioreȝ castimoniaȝ possidentes. quāto maioris industrie sunt tāto etiaȝ perspicacie vigore precellunt. Proinde sex gradibus lȝ multa a se inuiceȝ sublimitate distantibus. fastigia castitatis precelsa distinguā: ita vt media quedam que tamē multa sunt pretermittaȝ: quorūȝ subtilitas ita humanos subterfugit sensus. vt eaȝ nec mēs inspicere neqȝ proloqui lingua preualeat: quibus sensiȝ castitatis ipsius perfectio quotidianis profectibus adolescit. Scđm similitudinē nanqȝ corporuȝ terrenorūȝ que singulis diebus insensibiliter sui capiunt incrementa. z ita duȝ nesciunt ad perfectum habituȝ prouehūtur: anime quoqȝ robur ac maturitas castitatis acquiritur. Primus itaqȝ pudicitie gradus est: ne vigilans īpugnatione carnali monachus elidatur. Secundus: ne mens illius voluptarijs cogitatiōibus imoretur. Tertius: ne femineo nec tenuiter ad cōcupiscētiā moueatur aspectu. Quartus ne vigilans vel simpliceȝ carnis perferat motuȝ. Quintus ne cū memoriā generatiōis humane. vel tractatus ratio vel necessitas lectiōis ingesserit. subtilissimus mentē voluptarie actionis perstrigat assēsus: sed velut opus quoddā simplex ac ministeriuȝ humano generi necessario contribuȝ tranquillo ac puro cordis cōtēpletur intuitu: nihilqȝ amplius de eius recordatione concipiat. qȝ si operationē lateruȝ vel cuiuslibet alterius officine mente pertractet. Sextus castimonie gradus ē: ne illecebrosis phātasmatibus feminarū vel dormiēs illudatur. Licet eni hanc ludificationeȝ peccato eē obnoxiam non credamus: concupiscentie tamen adhuc medullitus latitantis indicium est: quam tamē illusionem diuersis modis constat accidere.

Nam scd'z illum vsuz quē vigilans exercere vel cogitare cōsueuerat. etiaz dormiēs vnusquisq; tēptatur. Aliter enim falluntur hi qui carnalem copulam norūt: aliter qui feminee sunt cōmixtionis expertes. Hi ei sic simpliciorībꝰ ac puriorībꝰ somnijs īquietari solēt: ita ēt faciliore diligētia ac minore possūt labore purgari. Illi aūt sordidiorībꝰ magisq; expressis phātasmatībꝰ illudūt. donec paulati p̄z mensurā castitatꝫ ad quā vnusqsqz cōtēdit. i odiū illius rei quā voluptariā aīa sētiebat. mēs ēt somno sopita vtat: illudq; ei qd fortībꝰ viris ꝓ sūmo laborꝝ stipēdio repromittit p ꝓphetā cōcedat a dn̄o. ⁊ arcuz ⁊ gladiū ⁊ bellū cōterā de terra vestra. ⁊ dormire vos faciā fiducialiter: ⁊ ita demuz qs ad illā beati sereni paucorūq; similiū virorꝝ pueniet puritatē. Quā idcirco a p̄dictꝫ sex castimōie gradībꝰ sequestraui: qa nō solū possideri sz ēt credi nō nisi a rarissimis pōt. Et qr id qd illi specialit̄ diuini mūeris largitate collatū ē. ꝓponi ad generalis p̄cepti nō pōt formā: scz vt eo vsq; mēs nr̄a castitatꝫ ipsiꝰ puritate formetur. vt etiā ipso naturali motu carnis emortuo. illuz obscenū liquorē oīno n̄ pferat. Opinionē sane quorūdaz quā sup hac carnis colluuiōe definiūt silere nō debeo: q dicūt nō idcirco eā dormiētībꝰ euenire. eo q eā ꝓducat fallacia somniorꝝ. sz potiꝰ qr redūdantia humoris illiꝰ aliquas in egrotāti corde fingat illecebras. Deniq; aiūt q illo tēpore quo nō ingerat illa concretio: quēadmodum fluxus eius ita etiam illusio conquiescat.

¶ Qd de natura castitatis ⁊ effectu eius inexperti tractare non possint. Ca. viij.

s Ed hec suscipere ⁊ ꝓbare vtrū possibilia an īpossibilia sint certo examie desinire poterit nemo. nisi p experiētiā longā ⁊ puritatē cordis ad confinia carnis ac spūs verbo dn̄i dirigēte puenerit. De quo beatꝰ apostolus: Viuus est inqt s̄mo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti: ⁊ ptigēs vsq; ad diuisionē aīe ac spūs. cōpagū quoq; ac medullarꝝ: ⁊ discretor cogitatōuz ⁊ itētionū cordis. Et ita iter illorꝝ qdamō termios collocatꝰ. qd hūane ꝯditōi necessariū sit atz ieuitabilit attributū. qdue ꝯsuetudie viciosa ⁊ icuria iuuētutꝫ īuectū. velut ispector ⁊ arbiter iusta trutinatiōe discernet. ac sup eorꝝ effectu atq; natura nō falsis vulgi opiniōībꝰ abducet. nec p̄iudicatꝫ inexptorꝝ diffinitionībꝰ acqescet: sz puritatꝫ modū certa expiētie sue libra ⁊ iusta examiatiōe ppēdēs. neq̄q; illorꝝ dcipietur errore. q negligentie sue vicio crebriorībꝰ q̄ natura cōpellit egestiōībꝰ sordidari. de nāli cōditione causant. Cūq; eos cōstet iferre potiꝰ vim nature ⁊ extorquere ab ea pollutionē quā ipsa nō igerit: intēperātiā suā ad necessitatē carnis imo ad eiꝰ referūt creatorē. ꝓprias culpas ad nature ifamiā trāsferētes. De qbꝰ i ꝓuerbijs elegāter exprimit. Insipiētia viri corrūpit vias suas: deū autez causat i corde suo. Postremo si qs huic assertōi nr̄e fidē derogat voluerit: q̄so vt nō ante p̄iudicata nobiscū opiniōe disceptet. q̄ disciplie huiꝰ suscipiat istituta. Cumq; hec ꝑpaucis mēsībꝰ illa qua tradit moderatiōe fuauerit: pfecto hec q̄ diximꝰ vero poterit ꝓbare iudicio. Ceterū frustra de cuiuslibz artꝫ ac disciplie fine cōtēdit. qsq; nō priꝰ oīa que ad cōsūmationē eiꝰ pertinēt: sūmo fuerit studio ac vtute sectatꝰ. velut si vbi grā similitudinē mellis ex tritico. aut rursū ex eo sic ēt ex raphani liniq; semībꝰ lenissimi olei liquorē produci posse ꝯfirme. Si qs horū pētꝰ ignarꝰ assistat. nōne cōtra rerū naturā hoc eē cōclamās. me velut aptissimi auctorē mendacij deridebit. Cui si ego testes inumeros q hec se ⁊ vidisse ⁊ gustasse ⁊ fecisse testēt exhibeā. rōnē insup atz ordinez quo ille species. vel i olei piguedinē. vel. i mellꝭ dulcedinē trāsformēt ediserā: ille aūt i stultissime psuasiōis obstinatiōe psistēs neget ab illꝭ seminībꝰ q̄cq̄ vel dulcedinis vel piguedis posse ꝓduci: nōne magis notāda ē irrationabilis eiꝰ puicaxq; cōtētio. q̄ sermōis mei vitas irridēda: q̄ multorꝝ ac fideliū testiū grauitate. ⁊ euidētībꝰ documētꝫ. ⁊ qd his ampliꝰ est expientie ꝓbatiōe fulcit. Et ideo qsqs ad illū puritatꝫ statuz iugi cordis intētiōe puenerit. vt iā mēte ab huiꝰ passiōis titillatiōe penitꝰ absoluta. p soporē caro eiꝰ velut redūdātiā supflui humoris expellat. cōditionē modū q nature certissime dep̄hendit: ⁊ ita cū expgefactꝰ iuenerit carnē suā post lōga tēpora se iscio atq; ignorāte pollutā. tū demū de naturali necessitate causet. ad illū sine dubio pueniēs statū. vt talis inueniatur in nocte qualis in die: talis in lecto qualis in oratione: talis solus qualis turbis hominū circūseptus. Postremo vt nunq̄ se talez secretus aspiciat: qualis videri ab hoībus erubescit: nec in eo tale aliquid ieuitabilis ille oculus deprehēdat. qd ab humanis aspectibus velit esse celatuz: ⁊ ita cum ceperit suauissimo lumine castitatis iugiter delectari. dicere poterit cuz propheta. Et nox illumiatio mea in delicijs meis: quia tenebre nō obscurabūtur a te. ⁊ nox sic dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita ⁊ lumē eiꝰ. Deniq; hoc ipsū. qr supra conditioez nature videt humane. qualiter obtinuerit idez propheta subiungit dicēs. Quia tu possedisti renes meos. i. nō industria mea neq; virtute hanc promerui puritatē: sed quia tu mortificasti insitum renibus meis libidinose voluptatis ardorem.

¶ Interrogatio an corporis motum etiā dormiētes possimus euadere. Ca. ix.

i ac robustus virtus tolerātiaq; vincenda sit: sed q infirmi pessima valitudo illiᵘˢ qui sanᵘˢ est sustentatiōe nutrita atq; in deteriᵘˢ quotidie prolabēs. generatura sit causas ob quas vel ipse vltra nō debeat sustineri: vel certe patientiā proximi notā ac deformationē impatiētie sue eē cōijciēs: abire quādoq; mauult q̄ semper magnanimitate alterius sustineri. Hec ergo ab his q sodalitatꝫ affectuꝫ cupiunt inuiolabileꝫ custodire pre omnibᵘˢ obsuāda censemᵘˢ: vt primū qbuslibet iniurijs lacessitᵘˢ nō soluꝫ labia sed etiā pfunda pectoris sui monachus trāquilla custodiat: que tamē si senserit vel tenuiter fuisse turbata omni semetipm taciturnitate contineat: et illud qd psalmista cōmemorat diligēter obseruet: turbatᵘˢ suꝫ et nō suꝫ locutᵘˢ: et dixi custodiā vias meas. vt nō delinquā in lingua mea: posui ori meo custodiā duꝫ consisteret peccator aduersum me: obmutui et humiliatᵘˢ suꝫ et silui a bonis: nec presenteꝫ considerans statuꝫ ea proferat que ad horā turbulentus suggerit furor dictatq; animᵘˢ asperatᵘˢ: sꝫ vel recolat gratiā preterite charitatꝫ vel reformāde pacis reintegrationē mēte prospiciat: eamq; velut cōtinuo reuersurā etiā in ipso cōmotionis tēpore cōtēplet. Dumq; se ad dulcedinē reseruat concordie mox future amaritudinē presentiū nō sentiet iurgiorum: et ea potissimū respondebit e qbᵘˢ vel a semet ipso reus fieri vel ab alio reprehēdi restitura charitate nō possit. sicq; adimplebit pphetícū illud eloquium. In ira minime memor eris.

¶ Quēadmodū sit iracūdia cōpmēda. Ca.xxvii.

Cohibere ergo nos oportet omnis iracun
c die motus: et gubernatrice discretōe moderari ne in illud qd a salomone dānat precipiti furore raptemur. Totā irā suā pfert ipiᵘˢ: sapiens aūt dispensat p partes. i. stultᵘˢ qdē ad vltioneꝫ sui ire ptrbatiōe succēdit: sapiēs aūt paulatiꝫ eam maturitate cōsilij ac moderatiōis extenuat et expellit. Tale est et illud qd ab apostolo dicit. Non vosmetipos vindicātes charissimi: sꝫ date locuꝫ ire idest. Nequaq̄ ad vindictā iracūdia cogēte rēdatis: sꝫ date locuꝫ ire: hoc est. Non sint corda vestra sic ipatiētie ac pusilanimitatꝫ augustijs coartata vt violentā cōmotionis pcellam cū irruerit sustinere nō possint: sꝫ dilatamini in cordibᵘˢ vestris suscipiētes aduersos iracundie fluctus in illis extētis sinibus charitatꝫ: que omnia suffert: oia sustinet: et ita mens vestra amplitudinē longanimitatꝫ ac patientie dilatata habeat in se cōsilioꝝ salutares recessus: in quibus receptᵘˢ quodāmodo atq; diffusus teterrimus iracundie fumus ptinus euanescat. Vel certe ira itelligēduꝫ est. Damus locū ire quotiēs cōmotioni alterius humili atq; trāquilla mēte succūbimus: et quodāmodo dignos nos qualibet iniuria pfitētes impatiētie seuienti obsequimur. Ceterū hi qui ita sensuꝫ apostolice pfectionis inclināt: vt locuꝫ ire illos dare existimēt qui ab irascente discedunt: vidētur mihi dissensionū fomiteꝫ nō abscidere sed nutrire. Nisi eniꝫ iracūdia primi humili statiꝫ satisfactione vincat: puocat eaꝫ fugiēs potiᵘˢ q̄ declinat. Illud quoq; huic simili ē qd salomō ait. Noli festinare in spiritu tuo irasci: quia ira in sinu insipiētiū requiescit: et noli pcurrere in rixā cito: ne peniteat te in nouissimo. Neq; .n. ita festinationē rixe vel iracundie culpat: vt earūdē approbet tarditatē. Similr et illō suscipiēdū ē. Stultᵘˢ eadē ipa hora pnūciat irā suā occultat āt ignominiā suā astutᵘˢ. Nō .n. ignōiniosā iracūdie passionē ita a sapiētibᵘˢ occultari debere decernit vt iracūdie velocitatē culpās nō phibeat tarditatē: quā vtiq; si p necessitatē humane infirmitatꝫ irruerit. ideo censuit occultādā: vt dū ad pñs sapiēter obtegit sapiētiᵘˢ āmoueat et ipetuū dleat. Nec .n. natura ē ire vt dilata lāguescat et peat: prolata vero magis cōflagret: Mobilitate viget viresq; plata ministrat sensibᵘˢ angustis: ire interitᵘˢ et iexpiabile crimē corda ē calefaciēs pigra et in charitate frigentia. Dilatāda ergo atq; āpliāda sūt pectora: ne āgustijs pusilanimitatꝫ artata: iracūdie turbulētꝫ estibᵘˢ oppleant: et recipe sm pphetā illō nimis latū mādatū dei āgusto corde neqamᵘˢ: nec dicere cū ppheta. viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dilatares cor meuꝫ. Nā q; lōganimitas sapiētia sit. euidentissimis scripture testimonijs edocemur. Longanimᵘˢ .n. vir nimiᵘˢ in prudētia: pusilanimis āt valde insipiens est. Et idcirco de illo q sapiētie donum laudabiliter a dño postulauit. scriptura cōmemorat. Et ōdit dñs Salomōi sapiētiā prudētiāq; mltā nimꝫ. et latitudinē cordis q̄si arenā maris inumerabilē. ¶ Amicitias pluratōe innitas firmas eē ñ posse. Ca.xxviii.

Llud quoq; multꝫ ē expimētꝫ sepissime cō
i probatū. nullo mō eos q amicitiaꝝ fedus cōiuratiōis inière pricipio. idiruptā potuisse seruare cōcordiā. siue q eā nō p desiderio perfectiōis nec p apostolice charitatꝫ ipio. sꝫ pro amore terreno et p necessitatē ac vinculū pacti retinere conati sūt. siue qd ille calidissimᵘˢ inimicᵘˢ vt eos puariatiores sui faciat sacramēti. celeriᵘˢ ad irrumpenda amicitiaꝝ vincula pcipitat. Certissima ergo ē prudētissimoꝝ viroꝝ illa snia. verā cōcordiā et idiuiduā societatē. nisi int emēdatos mores eiusdēq; vrtutꝫ ac pposití viros stare ñ posse. Hec d amicitia beatᵘˢ ioseph spūali narratōe diseruit. nosq; ad custodiendā sodalitatꝫ ppetuā charitatem ardētius incitauit. ¶ Explicit collatō pria abbatꝫ Joseph d amicitia.

¶ Incipit collatio secūda abbatis Joseph de dīfini endo.q̄ in libri ordine ē dcīmaseptima. Capitu.i.

p Recedēte igit̄ collatiōe finita pi terq̄ nocturno itercedēte silētio cū fuissem⁹ a sctō abbate ioseph ad sepositā cellulā i secreto cau sa quietis adducti.⁊ sermonibus ei⁹ igne quodā in nr̄is cordibus excitato totā noctē habuissem⁹ insōnē.egressi cellulā ⁊ cētū fere ab ea passib⁹ secedē tes in loco remotiore cōsedim⁹. Cum itaq̄ secreti colloq̄j nobis familiariter etiā nocturnis tenebris oportunitas pberet̄.illico vt resedimus abbas ger manus grauiter ingemiscens.

¶ De abbatis germani anxietate sup spōsionis nr̄e recordatiōe. Capitu.ij.

q Uid agim⁹ iqt. Ingēti naq̄ discrimie nos videm⁹ ⁊ pquā miserabili cōditiōe constri ctos.quos ⁊ ratio ipa cōuersatioq̄ sancto rū qd salubri⁹ sit ad ꝓfectū vite spiritalis efficaciter docet ⁊ eligere id qđ expedit data seniorib⁹ sponsio nō admittit. Eteni potuim⁹ exēplis taliū ac tātorū virorū ad pfectiorē vitā ꝓpositūq̄ formari.nisi nos instāter ad cenobiū recurrere ꝓmissi pactio coarta ret. Quo si reuersi fuerim⁹.copia nobis vlteri⁹ huc remeādi nulla tribuet̄. Sin vero hic residētes desi deriū nostrū maluerim⁹ explere.qd agim⁹ de spōsi onis fide.quā seniorib⁹ nr̄is velocissimū reditū pol licētes.dedisse nos nouim⁹.vt vel cursim liceret no bis hui⁹ ꝓuincie sanctos ac mōasteria circuire. Cū q̄ sic estuantes qd sup statu salutis nr̄e definiendum esset nequaq̄ inuenire possem⁹.solo gemitu testaba mur durissime cōditiōis necessitatē accusātes tene ritudinē frontis nostre.⁊ ingenitā nobis verecūdiā detestātes.cui⁹ onere ꝑgrauati etiā cōtra vtilitatē nostrā ac ꝓpositū nostrū retinētiū ꝑcib⁹ alias non potuissem⁹ obsistere.nisi maturissimo reditu repro misso huc venissem⁹.illi⁹.s.nos pudoris vicio labo rasse dīflētes.dē quo dr̄. Est pudor afferēs peccatū.

¶ Quid mihi de hoc visum sit. Capi.iij.

t Um ego cōpēdiū inq̄ angorib⁹ afferat nō stris cōsiliū imo auctoritas senis ad quē oportet vt nr̄as solicitudines dīferamus.⁊ qcqd fuerit ei⁹ sn̄ia dīfinitū velut diuinū ⁊ celeste re spōsū cūctis estib⁹ nr̄is terminū ponat. Qđ qdē no bis p os sancti hui⁹ a dn̄o tribuēdū.⁊ ob illi⁹ meritū ⁊ ob nostrā fidē minime dubitem⁹. Ipi⁹.n.munere salubre cōsiliū ⁊ creduli ab indignis ⁊ icreduli a sā ctis freq̄nter accepunt.dn̄o id vel pp meritū respō dētiū vel pp fidē cōsulētiū largiēte. His itaq̄ ꝑmo nib⁹ a sācto abbate germano ea alacritate susceptis ac si eos nō a memetipo s; instinctu dn̄i ꝓtulisse ad uētū senis atq̄ instātē iam horā nocturne synaxeos paululū pstolati.postq̄ eū solita salutatiōe suscepi mus ⁊ legitim⁹ orōnū atq̄ psalmorū iplet⁹ ē nume rus ijsdē rursus qbus ad getē compositi fueramus psiathijs ex more consedimus.

¶ Interrogatio abbatis Joseph nostraq̄ respon sio vnde anxietas emersisset. Capitu.iiij.

t Um venerabilis Joseph dīlectiores nos animo contēplat̄ atq̄ hoc nobis non sine causa consjciens accidisse.illo nos patriar che ioseph sermone cōpellat. Cur itaq̄ vultus ve stri tristes sunt hodie. Cui nos nō sicut vinculati il li pharaōis mistri sōniū vidim⁹ ⁊ q̄ interp̄tet̄ non est.s; insomnē inquā duxim⁹ noctē ⁊ q̄ estuū nr̄orū moles subleuet nō est.nisi eas dn̄s tua discretione sūmouerit. Cui ēt nō tm̄ in frontispitio ⁊ i exterio re hoīe.s; in interiore talē eē colluctationis ꝓcellā reuelauit. Cōpellimur eni ex duob⁹ ⁊ qd eligam⁹ ambigim⁹. Tū ille q̄ patriarche virtutē ⁊ merito referret ⁊ nomine.nōne p dominū inqt est humana rū cogitationū curatio. Proferant̄ i mediū. Po tēs est enim diuina clementia secundum fidem ve stram nostro eis medelam prebere consilio.

¶ Expositio abbatis germani cur vel i egypto resi dere mallem⁹ vel retraheremur ad syriā. Cap.v.

a D hec german⁹ Credebam⁹ iqt nos vr̄e beatitudinis visiōe nō solū leticia spirita li:sed etiā ꝓfectu abunde repletos ad no strū cenobiū recursuros:⁊ ea q̄ fuissem⁹ vestro ma gisterio cōsecuti a nobis post reditū vel tenui emu latiōe sectāda. Hoc.n.⁊ seniorū nostrorū dilectio sibi spondere nos cōpulit:dū sublimitatē vite vestre at q̄ doctrine posse nos aliquaten⁹ imitari in illo ceno bio crederem⁹. Unde cū ex hoc nobis omnē estima rem⁹ leticiā cōferēdā:intolerabili ecōtrario dolore cōficimur cōsiderātes illo nos ordine id qđ saluta re nobis eē cognoscim⁹ obtinere nō posse. Ex vtro q̄ ergo nūc latere coartamur. Si.n.ꝓmissioni quā seniorū charitate nos cōpellēte corā cunctis fratrib⁹ in speleo in quo dn̄s noster ex aula vteri virginalis effulsit ipso teste deprōpsim⁹: satisfacere voluerim⁹ summū spiritalis vite incurrim⁹ detrimentū. Sin autem sponsiōis immemores ⁊ in his regionib⁹ re sidentes: vtilitati perfectionis nostre illam volueri mus postponere pactionē:abrupta mendacij non implete promissionis pericula formidam⁹. Sed ne hoc quidē estus nostros possumus releuare consi lio:vt postq̄ velocissimo reditu spōsionis fuerit im pleta conditio.hec denuo loca celeri repetamus re cursu. Nā q̄uis ad ꝓfectū spiritaliū rerū virtutēq̄ tēdētib⁹ piculosa ac noxia sit etiā pua dilatio: tamē pollicitationē fidei nr̄e quāuis moroso solueremus reditu:nisi nos nō solū charitate verū etiā auctori tate seniorū nostrorū scirem⁹ inexsolubiliter colligā dos:ita vt remeādi ad hec loca nobis potestas dīn ceps nullo mō tribuatur.

¶ Interrogatio abbatis Joseph an in egypto ma ior ꝓfect⁹ nobis q̄ in syria cōferretur Cap.vi.

a D hec beat⁹ ioseph interposito aliquātisp silētio:certi iqt estis maiorē spiritaliū rerū profectū i regiōe hac vobis posse cōferri.

Respōsio de differentia institutionum vtriusq prouincie. Cap. vij.

g Ermanus. Quāuis etiā illorū doctrine summas grates repēdere debeam⁹ q nos docuerunt a paruulis magna conari ꝛ dato boni sui gustu egregiā pfectiōis sitim nr̄is visceribus indiderūt: si qd tamē iudicio nostro credit̄ nullam ducim⁹ cōparationē inter hec atq illa q̄ illic pcepim⁹ instituta: vt sileam⁹ cōuersatōis vestre inimitabilez puritatē: quā vobis nō soluz ment̄ ac ppositi districtōe. sed etiā locorum credimus beneficio patrocināte cōferri. Unde nō dubitam⁹ ad imitandam pfectiōis vestre magnificētiaz hanc que cursiz tradit̄ doctrinā nō posse sufficere: nisi nobis etiā cōmoratiōis ipsius affuerint adiumēta longiq tēporis eruditio quotidiana institutiōe torporez nostri cordis vtcunq discusserit.

Qd̄ pfecti viri nihil absolute d̄beāt d̄finire: vel vtrū sine pctō possint d̄finita rescindere. Ca. viij.

i Oseph. Sanum qdē est atq pfectum nostreq pfessioni omnino cōueniēs: vt ea q̄ sub aliqua sponsiōe decernim⁹ efficaciter impleam⁹. Ob quā rez nihil oportet abrupte mōachum definire: ne aut̄ id qd̄ incaute pmisit implere cogat̄: aut cōsideratōe honestioris intuit⁹ reuocat⁹ sponsiōis sue preuaricator existat. Sed qr nūc propositū nobis est nō taz de sanitat̄ statu q̄ de ifirmitat̄ curatōe tractare: nō qd priore loco a vobis fuerit actitādum. sz queadmoduz de scopulo hui⁹ pniciosi naufragij possit̄ euadere. salubri est cōsilio regrēdum. Quādo igit̄ nullum nos coartat vinculū nec vlla cōditio cōstringit. d̄ cōparatiōe secundarū reruz optiōe pposita: id qd̄ maioris est cōmodi prelegat̄: quādo vero aliqua dispēdiorꝫ obsistit aduersitas: in cōparatiōe dānorꝫ illud est apperēduz quod leuiorib⁹ subiacet detriment̄: vt quodā dictum ē loco. De maximis malis minima deligas. Proinde q̄tū vestra patefacit assertio cuz ad id vos loci spōsio incōsulta pduxerit vt ex vtroq vobis grauis incōmodi subeunda iactura sit. in eaz partē inclinanduz est electiōis arbitriuz que vel tolerabiliora dispēdia inferat vel satisfactiōis remedio facilius expietur. Si ergo maiora spiritui vestro lucra ex hac cōmoratiōe credit̄ cōferēda q̄ illa sunt que vobis de cōuersatiōe illius cenobij nascebantur. neq sine iactura ingentiuz cōmodorūz potest cōditio vestre sponsiōis impleri. satius est hoc vos mēdacij vel nō implete pmissiōis subire dispendiuz. qd̄ semel preterituz nec ipsum vltra iaz repeti nec alia per semet poterit generare peccata. q̄ in illud icidere p quod tepidioris vite vt dicit̄ status quotidiano vos atq interminabili afficiat detrimēto. Ueniabiliter eniz immo vero etiā laudabiliter d̄finitio incauta mutabitur. si ad salubriorē transeat partē. nec constantie preuaricatio eē credenda est quotiens spōsio viciosa corrigitur sed temeritat̄ emēdatio. Que omnia scripturaruz quoq possunt testimonijs apertissime cōprobari. q̄ multis perniciosuz fuerit. definitionibus pprijs inhesisse. ꝛ ab eis ecōtrario destitisse cōmodum fuerit ac salubre.

Quod plerūq vtilius sit statuta irrumpere q̄ implere. De Cap. ix.

q Uod liquidissime sancti apostoli petri et iude traditoris exēpla testatur. Ille eniz qr discessit ab inconsulte definitiōis sentētia qua dixerat nō mihi lauabis pedes in eternum immortale christi omniūq sanctoruz consortiū pmeretur. abscidēdus pculdubio ab huius beatitudinis gratia si in sermonis sui obstinatiōe mansissz hic vero pertinaciam sue retinēs sponsionis perpetua morte damnat̄: qua fuisset pculdubio liberatus si definitiōis sue maluisset destitutor potius q̄ pertinax inueniri. Quod in illis quoq duob⁹ filijs qui in euangelio ad operationē vinee destināntur euidētissime perdocemur. quorū vnus patris restitit imperio. alius prona responsione consensit. Sed nec illi profuit humilis obsequendaq responsio: qr preceptuz patris opere detractauit implere: nec illi obfuit refragatio iussionis. eo q statuti sermōis obstinatione mutata scopon patris operis executiōe cōpleuit. ꝛ id quod reprehēsibiliter statuerat: definitione correcta laudabiliter emendauit. Nec nō ꝛ herodis cruentissimi regis exempluz. qui fidez inconsulte retinens sacramenti. cruentissimus p̄cursoris domini extitit interemptor: vanoq timore periurij damnationi semetipsuz atq supplicijs ppetue mortis immersit. Primuz eteni est optima: statuere q ꝛ si aliter cesserit. sequens est in melius ea que sunt statuta mutare: ordinationibusq nostris iam iacentibus vt ita dixerim manū dexterā porrigere. Ubi principia consilij non approbantur: prudētia est vt vtili addita prouisione reparētur. Si claudicat ad prima statuta dispositio: adhibeat̄ ad secunda correctio. In omnibus ergo rebus considerandus est finis: ꝛ secunduz eum propositi nostri dirigendus est cursus: quez si superueniente salubriore consilio ad deteriorez partē vergere viderimus. rectius est incongrua constitutione submota. ad meliorē transire sniam. q̄ statut̄ ptinaciter inherēdo peccat̄ grauioribus obligari.

Interrogatio nr̄a d̄ metu prebite in cenobio syrie sponsionis. Cap. x.

g Ermanus. Quantuz spectat ad desiderium nostrum quod a nobis pro spiritalis commodi vtilitate susceptum est: optaremus edificari vestri iugitate consortij. Si enim ad cenobium nostrum fuerimus reuersi: non solū nos ab hoc tam sublimi proposito relapsuros: sed etiaz pro mediocritate conuersationis illius multis certum est dispendijs quatiēdos. Uerū illud nos euāgelicum mandatum vehemēter absterret. sit sermo vester est: est: non: non: quod autez his abundanti⁹ est a malo est. Credimus enim tanti trāsgressionez p̄cepti nulla posse compensari iustitia: nec in extre-

nis recte cedere qd malo initio semel fuerit ichoatū.

Responsio q ppositū gerēdi nō negotij sit considerandus effectus. Ca.xi.

Joseph. In omnibus vt dixim⁹ causis nō processus operis: sz voluntas opantis est intuenda: nec stati quis quid egerit sz quo voto egerit inquirēdum: ita vt nō nullos pro his factis de quibus bona postea orta sunt repiamus fuisse dānatos: et ecōtrario quosdam p reprehēsibiles actus ad summā puenisse iusticiā. Et nec illi vtilis rerū exitus pfuit qui pessimo rē aggressus proposito. nō illam que subsecuta est vtilitatē sed quiddam contrariū voluit opari: nec huic nocuit repĥensibiliter inchoasse qui nō pro contemptu dei nec delinquēdi proposito. sed necessarij et sancti finis intuitu vitupabilis initij sustinuit necessitatē. Et vt hec eadē sanctarū scripturarū dilucidem⁹ exēplis.

Qd boni puētus malignis auctorib⁹ nō pfuerunt nec bonis mala gesta nocuerint. Ca.xij.

Quid salubri⁹. quid vtilius vniuerso orbi potuit pcurari. q dominice passiōis salutare remediū. Et tamē nō soluz nō profuit verū etiā in tantū illi obfuit traditori cui⁹ ministerio pbatur impletū. vt absolute pnuncietur d illo Bonuz erat ei: si natus nō fuisset homo ille. Non eniz ſm hoc qd euenit fruct⁹ illi est sui opis repēsandus: sz ſm id qd facere voluit vel qd effecturū se eē credidit. Et rursus. Quid criminosi⁹ dolo atq mēdacio etiā in extraneū. ne dixeriz in germanū patrē ne cōmisso. Et tamē nō solū nullā p his dānatōez aut repĥēsionē Jacob patriarcha cōtraxit: verū etiam ppetua bñdictiōis hereditate ditat⁹ est. Nec immerito: qr et iste bñdictionē primogenitū destinataz nō ex pſenti lucri auaritia. sz ex fide sanctificationis ppetue cōcupiuit: et ille nō humane salutū obtētu sz philargyrie crimē morti tradidit oīz rēdeptorē. Et idcirco vtriq eorū fruct⁹ opatiōis sue ſm destinationē mētū ac ppositū volūtatū ascript⁹ est: qr nec ille fraudē nec iste salutē statuit opari. Illud. n. p retributiōe mercedis iuste vnicuiq repēsat. qd pricipaliter mēte cōcepit. nō q exinde bñ vel male otra votū opantū emerserit. Ideoq iustissim⁹ iudex excusabilē imo laudabilē talis mēdacij cēsuit pſūptorē: qr sine eo ad bñdictionē primitiuorū nō poterat peruenire. Nec debuit crimē vocari: qd desiderio bñdictionis exortū ē. Alioqui nō mō iniquus in fratrē patriarcha pdict⁹: sz ēt circūuētor in patrē et sacrilegus extitisset. si bñs aliā viā qua ad bñdictiōis illi⁹ gratiā pueniret: hāc q fratri dānosa eēt ac noxia expetere maluisset. Videtū ergo apud deū nō pcessum opis sz destinationē mētis inquiri. His itaq pstructū. vt ad ppositā qstionē ob quā hec vniuersa pmissa sūt reuertamur: respōdeatū mihi primit⁹ velim cui⁹ rei causa vos illius spōsiōis nexib⁹ vinxeritis.

Responsio nostra q causa a nobis exegerit sacramētum sponsionis. Cap.xiij.

Germanus. Prima vt dixim⁹ extitit causa: qua nros mestificare seniores ac pcepti eorū obsistere verebamur. Secunda qua siquid pfectū s q magnificū vel visu vel auditu pcepissemus a vobis cū reuersi ad cenobiū fuissemus exercere nos posse incōsultissima psuasione credidimus.

Disputatio senis q sine culpa actōis ordo mutet dūmō boni studij capiat effectus. Cap.xiiij.

Joseph. Sicut pfati sum⁹ destinatio mētū vel remunerat hominē vel condēnat: ſm illud. et inter se inuicez cogitationib⁹ accusantib⁹ aut etiaz defendētibus: in die qua iudicabit deus occulta hominuz. Illud ēt. Ego aūt opa et cogitationes eoruz venio vt congregē cuz omnib⁹ gētibus et linguis. Quāobrē desiderio pfectiōis vt video hoc vos spōsiōis vinculo colligastis: duz credidistis illo eaz posse ordine comphendi: quo nūc superueniēte pleniore iudicio ad sublimitatē eius consēdi non posse respicitū. Non ergo pīudicat quicqd discrepans ab illa dispositione visuz fuerit accidisse si modo nulla principalis illi⁹ ppositi diuersitas subsequatur. Neq. n. opificij cuiusq desertio est demutatio ferramētū: aut segniciē arguit viatoris vie compēdiosioris ac directioris electio. Ita igitur et i hac parte emēdatio dispositionis improuide. nō spiritalis voti est iudicanda transgressio. Quicqd. n. pro charitate dei et pietatū amore pficitur: q promissionē habet vite que nunc est et future: tametsi duris atq aduersis videat principijs inchoari: nō soluz nulla repĥēsione sz ēt laude dignissimū est. Et idcirco nihil pīudicat refragatio sponsionis incaute: si quolibet genere scopos tm̄. i. pposita pietatū destinatio teneat. Oia nāq ob hoc agim⁹ vt deo cor mūdū exhibere possim⁹: cui⁹ cōsūmatio si i his locis facilior iudicat nihil vobis oberit extorte mutatio pactionis dūmō pricipalis illi⁹ pfectio puritatū. p qua spōsio vra pcesserat ſm dñi volūtatē maturi⁹ acqrat. Nō n. ex hac imutatōe vllū pōt iudicari mēdaciū: sz icōsulte definitōis prudēs salutarisq correctio. Et vt ēt de physicis qd nodū pposite qstiōis absoluat aliqd inferam⁹: natura ipa in nobis opa sua de cōsilio diuie maiestatū imutat. Nā ab ifātia i pueritiā. d pueritia i iuuētā d iuuēta i senectutū vlteriora transferimur: atq ita hec in nobis cōditoris nri cōsūmatio pegit. vt ex hac pmutatōe nullū mēdatiuz ascribat etati. Ita ēt interior hō nr ablactat⁹ a pmordiorūz tenerrimis institutū. cū p diuersas puect⁹ etates ad robustiorē de vnaquaq pfecerit atq exinde ad caniciē sēsuū ac virū pfectū et mēsurā etatū plenitudis xpi puenics. deposuerit ea q erāt paruuli. nunqd varietatem incurrisse mendacij. et nō potius perfectioris plenitudinē psecut⁹ esse credēd⁹ ē. Sic erudimēta veteris testamēti dispēsatōe legislatoris dei ad pfectionem beatitudinis euangelice transferunt: nec tamen ex hoc immutatio aut diuersitas pterire sanctionis interuenisse credenda est: sed adimpletio et cumulus sublimiorum et celestium preceptorū: nec sacre promulgationis illius estimanda est abolitio

sed ascensus: nec varietas sz profectus. Unde et dominus noster nolite inquit estimare q veni soluere legem aut prophetas nõ veni soluere sz adimplere idest non antiquare priora: sz ad perfectionem perducere imperfecta.

¶ Interrogatio an absq peccato sit q ĩfirmis nostra cõsciã occasionẽ ingerit mẽtiẽdi. Capit. xv.

Germanus. Quantum spectat ad vim sermonum qui rationabiliter prudenterq dl gesti sunt haud difficile sponsionis nostre scrupulus a nobis potuisset extrudi: nisi illõ nos vehemẽtissime deterreret qd infirmioribus quibusq intromitti fortasse per hec videtur exempla occasio mẽtiendi. si vllo modo pacti fidẽ licito dissolui posse cognouerint. Quippe cum tantis hocipsum et tã minacibus interdicatur eloquijs propheta dicẽte. Perdes omnes qui loquunt mendacium: et os qd mẽtitur occidit animam.

¶ Responsio q nõ pp infirmoꝝ scãdalum scripturarũ veritas sit mutanda. Cap. xvi.

Joseph. Occasiones causeq perditionũ his qui perituri sunt: immo qui pire desiderant deesse non possunt. Neq. n. abijcienda sunt testimonia scripturaruz ac de suo corpore penitus abradẽda: quibus vel hereticorum prauitas animatur. vel iudeorum infidelitas obduratur. vel tumor sapientie gentilis offenditur: sed vtiq et pie credenda et immobiliter sunt tenenda et secundum veritatis regulam predicãda. Et idcirco non dbemus aliene infidelitatis obtentu economias. i. dispensationes pphetaruz atq sanctoꝝ quas scriptura cõmemorat abdicare: ne dum infirmitati eoꝝ condescẽdere debere nos credimus nõ solum mendacij verum etiã sacrilegij crimine polluamur sz quemadmodum diximus oportet nos ea et secũdum historiam confiteri: et quemadmodum pie gesta sunt explanare. Ceterum his qui praui propositi sunt non ex hoc mentiendi aditus obstruetur; si earum rerum quas vel prolaturi sumus vel protulimus veritatem. aut penitus abnegare aut extenuare allegoricis interptationib⁹ laborem⁹. Quid enim illis horũ testimonioꝝ nocebit auctoritas. qbus etiã sola corruptio voluntatis sufficit.

¶ Quod venialiter mendacio sancti tanq ellebo ro vsi sint. Capitu. xvij.

Itaq taliter de mendacio sentiendum atq ita eo vtendum est quasi natura ei insit ellebori Quod si imminente exitiali morbo sumptum fuerit fit salubre: ceteruz absq summi discriminis necessitate pceptuz psentis exitij ẽ. Ita nanqz ẽt sanctos ac pbatissimos deo viros venia biliter legimus vsos fuisse mẽdacio. sicut raab cui⁹ cum non solum nulla virtutum sz ẽt ĩpudicitie monimẽta cõmemoret scriptura. p tali mendacio quo exploratores maluit occultare q prodere admisceri populo dĩ eterna benedictione promeruit. Que si veritatẽ loq aut saluti ciuiũ cõsulere maluissz: nulli dubiũ q nec iminẽtẽ cũ vniuersa domo sua fugisset interitum: nec auctorib⁹ dominice natiuitat iserta et in patriarcharũ annumerata catalogo p successionẽ sue plis edere meruisset oĩm saluatorẽ. Deniqz dalida q vtilitati ciuiũ cõsulẽs exploratã pdidit veritatẽ. ppetue pditiõis vicissitudinẽ consecuta solam criminis sui cunct memoriã dereliqt. Qñ igit graue aliqd iminet de veritat cõfessione discrimen tunc mẽdacioruz sunt recipiẽda pfugia: itatamẽ vt reatu humilis pscientie salubriter mordeamur. Ubi aũt nulla cõditio summe necessitat incũbit oĩ cautione mẽdaciũ velut mortiferuz duitãdũ ẽ. queadmodũ d ellebori dixim⁹ potu. qd salubre ẽ quidẽ si tunc demuz sumatur cuz ineuitabilis atqz mortifera imminet egritudo. Sin vero ĩtegra et impturbata corporis sanitate sumat. statiz ad poccupanda vitalia vis pniciosa ptẽdit. Qd de raab hierichõtina et de iacob patriarcha euidẽter ostẽsum est. e qb⁹ nec illa mortẽ alias q hoc remedio potuisset euadere. nec iste ad beneditionẽ primogeniti puenire. Nõ. n. deus verboꝝ tãtũ actuũqz nostroꝝ discussor et iudex sz ẽt ppositi ac destinatiõis ĩspector ẽ. Qui si aliqd causa salut eterne ac diuine ptẽplatiõis intuitu. ab vnoquoqz vel factũ viderit vel pmissum tãetsi hominib⁹ durũ atqz iniquũ eẽ videat. ille tamẽ intimã cordis inspiciẽs pietatem: non verborum sonum sz votum diudicat voluntatis: quia finis operis et affectus considerandus est perpetrantis: quo potuerunt quidam vt supra dictum est etiam per mendacium iustificari: et alij per veritatis assertionem peccatum perpetue mortis incurrere. Ad quem finem etiam Jacob patriarcha respiciens hispidam fraterni corporis spetiem obuolutione pellium simulare non timuit: et instiganti ad hoc mendacium matri laudabiliter acquieuit. Uidebat eniz ex hoc maiora sibi lucra benedictionis atq iustitie: q per simplicitatis obseruantiam conferenda. Non enim dubitabat mendacij huius maculam inundatione paterne benedictionis protinus abluendam: et velut nubeculam quandam flatu spiritussancti velociter auferendam: atq vberiora sibi per hanc affectaticiam simulationẽ q p illam ingenitam veritatẽ meritorum premia conferẽda.

¶ Obiectio q illi tãtum impune mẽdacio vsi sint q sub lege vixerunt. Cap. xviij.

Germanus. Nõ miꝝ est has dispẽsatões in veteri testamẽto licentius vsurpatas ac nonnunq viros sanctos veniabiliter fuisse mẽtitos: cum multo maiora eis pro tẽporum rudimẽtis licuisse videamus. Cur enim mirum sit q beatus Dauid fugiens saulem pcontanti achymelech sacerdoti atq dicẽti quare tu solus et nullus ẽ tecum: ita respondit. Rex inquit precepit mihi fmonem: et dixit. Nemo sciat rem propter quam missus es: nã et pueris condixi in illũ et i illũ locũ. Et iterũ Si habes hic ad manũ hastã aut gladiũ: qr gladiũ meũ et arma mea ñ tuli mecũ: fmo. n. regis vrgebat.

Vel illud. Cum perductus ad achis regem geth insanū se furiosūq; simulauit: ac mutauit os suū corā eis ⁊ collabebat̄ i man⁹ eorū: ⁊ ipingebat i ostiū porte defluebātq; saliue ei⁹ i barbā. Cū etiā vxorū cōcubinarūq; gregib⁹ licito fruerētur: nec vllū eis iputaret̄ ex hac parte peccatū: isuper etiā inimicoꝝ sanguinē ꝓpria manu frequēter effūderēt: idq; nō solū nō reprehēsibile verū etiā laudabile crederetur. Que ita nūc euangelio choruscāte videmus oīmodis iterdicta: vt sine ingēti crimie ac sacrilegio horū quicq̄ nō possit admitti. In quē modum nec mendaciū vllū q̄libet pio colore cōtectū. nō dicā ꝓbabiliter sed nec veniabiliter a quoquā credimus vsurpari: dicēte dn̄o. Sit sermo vester: ē: est: nō: nō. Qd̄ autē his abūdāti⁹ ē: a malo ē. Apostolo quoq; in eadē cōgruēte. Nolite mentiri inuicem.

¶ Responsio eo q̄ licentia mendacij que ne in veteri quidem indulta ē testamēto veniabiliter a multis fuerit vsurpata.

Capitulum. .xix.

i Oseph. Vxorū quidē cōcubinarūq; multarū antiqua illa libertas instāte iā tēporū fine ⁊ multiplicatione humane generatiōis expleta: nō imerito velut min⁹ iā necessaria p euāgelicā perfectionē debuit amputari. Nā vsq; ad aduentū christi oportuit benedictionē p̄mordialis illius vigere sn̄ie qua dictū ē. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā. Et idcirco iustissimū fuit vt ex illa radice fecūditatis hūane q̄ in synagoga ꝑ dispēsatiōe tēporis vtiliter viguit: angelice v̄ginitatis flosculi germinarēt ac suaue olētes cōtinētie fruct⁹ i ecclesia gignerētur. Mēdacia vero ēt tūc fuisse dānata: totius veteris istrumēti text⁹ euidēter ostēdit dicēs. Perdes oēs q̄ loquūt̄ mēdaciū. Et iterū. Suauis ē hoīni panis mendacij: ⁊ postea replebit̄ os ei⁹ calculo. Et ipse legislator. mēdaciū iquit fugies. Sz tūc demū id veniabilit̄ dixim⁹ vsurpatū cū ei necessitas aliq̄ seu dispēsatio salutaris adiūcta ē ob quā nō debuerit cōdēnari. quale ē illud qd̄ cōmēorastis de Dauid rege. cū fugiēs isectationē saulis iniustā ad achymelech sacerdotē nō ꝓposito cuiusq̄ lucri nec studio ledēdi quēpiā. sz vt tātūmodo semetipsū ab ipijssima ei⁹ insectatōe saluaret mēdacib⁹ vtitur verbis. Quippe q̄ man⁹ suas inimici regis sāguine. ⁊ qdē a deo sibi totiēs traditi. ɔtaminari noluerit dicēs. Propiti⁹ mihi sit de⁹ ne faciā rē hāc dn̄o meo christo dn̄i vt mittā manū meā i eū q2 christus dn̄i est. Et idcirco dispēsatiōes has q̄s vel ob volūtatē dei vel ob p̄figurationē spiritaliū sacramētorū vel ob quorūdā salutē sāctos viros i veteri testamēto legim⁹ executos. itantū nos quoq; cū necessitas coartauerit nō possumus abdicare vt ne ipsos qdē apostolos vbi cōsideratio alicui⁹ vtilitatis exegit ab eis declinasse cernamus. Que paulisper interī differētes. digestis primit⁹ que adhuc de veteri testamēto ꝓferre disponim⁹. post hec congruētius inferem⁹. vt facili⁹ approbet̄ viros iustos ⁊ sanctos. tā in nouo q̄ i veteri testamēto i his economijs sibi p omnia cōcordasse. Quid eniz de illa chusi ad absalon ꝓ salute regis dauid pia simulatione dicim⁹. que cū toto fallentis ⁊ circūuenictis promatur affectu ⁊ vtilitatē ɔsulētis ipugnet: scripture diuine testimonio cōprobat̄ ita dicent̄. Dn̄i aūt nutu dissipatū est cōsiliū achitofel vtile: vt induceret dominus super absolon malum. Nec eni reprehendi poterat id qd̄ recto proposito ac pio iudicio ꝓ iustis partibus gerebatur: ac pro illius cuius pietas deo placebat salute atq; victoria religiosa fuerat simulatiōe conceptum. Quid etiam de illius femine pronūciabimus facto: que suscipiēs illos qui ad regē dauid a predicto chusi fuerant destinati abscondit in puteo ⁊ expandens velamē super os eius cū ptisanas se torrere simulasset trāsierunt inquit gustata paululū aqua atq; hoc eos figmento ab isequētiū manibus liberauit. Quapropter respondete q̄so mihi quid fuissetis acturi si qua vobis nunc sub euāgelio constitutis similis fuisset exorta conditio. vtrū nā maluissetis eos simili celare mēdacio dicentes eodē modo transierunt gustata paululū aqua ⁊ iplere illud qd̄ precipitur. erue eos qui ducuntur ad mortē. ⁊ redimere eos qui interficiūtur ne parcas. an veritatis cōfessione latitantes prodere perēpturis. Et vbi illud apostoli. Nemo qd̄ suū ē querat: sed quod alterius: ⁊ charitas nō querit que sua sunt: sed ea que aliorū. Ac de seipso nō quero inquit qd̄ mihi vtile est: sed qd̄ multis vt salui fiant. Si eni ea que nostra sunt querim⁹ ⁊ id qd̄ nobis vtile ē pertinaciter volumus retētare: etiā in huiusmodi necessitatibus loqui nos necesse est veritatē. ⁊ reos fieri mortis aliene. Si vero ea que alijs salutaria sūt nostris vtilitatibus preponētes apostolico satisfecerimus imperio: sine dubio subeunda est nobis necessitas mentiēdi. Et idcirco nec integra charitatis viscera possidere nec ea que aliorū sunt scd̄m apostolicā disciplinā querere poterimus: nisi his que districtioni nostre perfectiōiq; cōueniunt paulum relaxatis condescendere vtilitatibus aliorū prono maluerimus affectu: ⁊ ita cū apostolo infirmis efficiamur ifirmi vt lucrari possimus infirmos.

¶ Qd̄ veniabile plerūq; mendaciū ⁊ noxiā veritatē ēt apostoli esse cēsuerint.

Capitulum. .xx.

q Uibus eruditus exemplis beatus quoq; apostolus Jacobus omnesq; illius eccl'ie p̄mitiue p̄cipui p̄ncipes apostoloꝝ Paulū ad simulatiōis figmenta descēdere pro imbecillitate infirmantiū cohortantur: eūq; purificari s̄z obseruantiā legis: caput radere: vota offerre cōpellunt: presens illud dispendiū qd̄ ex hac hypocrisi gignebatur nihili reputantes: sed cōtemplātes potius lucra que erant ex illius diutina predicatione parienda. Nō ei tm̄ ap'lo paulo lucrū ex hac ei⁹ fuerat districtiōe collatū: q̄tū celeri eius exitio vniuersis gētib⁹ detrimētū. Qd̄ sine dubio vniuerse tunc

euẽiſſet eccleſie:niſi illũ hec vtilis ac ſalubris hypo
criſis predicatiõi euangelice reſeruaſſet. Tunc eni
neceſſario ac veniabiliter acquieſcit mendacij detri
mento:quãdo maius vt diximus iminet de veritat
cõfeſſione diſpendiũ:⁊ vtilitas que nobis de verita
te cõfert cõpenſare illa que generanda ſunt damna
nõ preualet. Qd tẽperamẽtũ etiã alijs verbis idẽ
beatus apoſtolus vbiq ſp tenuiſſe teſtat. Nã cum
dic fact⁹ ſũ iudeis tanq̃ iudeus vt iudeos lucrifacace
rẽ. his qui ſub lege erãt quaſi ſub lege eſſẽ cũ ipſe
ſub lege nõ eſſẽ vt eos qui ſub lege erãt lucrifacerẽ
his q ſine lege erãt tanq̃ ſine lege eſſẽ cũ ſine lege
dei nõ eſſẽ ſʒ in lege eſſẽ chriſti. vt eos qui ſine le
ge erant lucrifacerẽ. factus ſũ infirmis infirm⁹. vt i
firmos lucrifacerẽ. oibus omnia factus ſũ vt oẽs
facerẽ ſaluos. qd aliud oſtẽdit q̃ ſcʒ infirmitatem
atq mẽſurã eo℞ q inſtituebant ↄdeſcẽdiſſe ſe ſp. ⁊
a pfectõis rigore aliqd relaxaſſe nec tenuiſſe ſe id qd
diſtrictio rigida poſcere videbat. ſed illud magis p
poſuiſſe qd iſirmãtiũ vtilitas exigebat. Et vt hec
eadẽ attentius indagãtes ſingillati apoſtolicarum
virtutũ inſignia replicem⁹:queret aliqs quomodo
oibus per omnia beat⁹ apoſtolus ſuã ꝓbetur aptaſ
ſe pſonã. Ubi factus eſt iudeis ſicut iudeus. Pro
fecto ibi vbi illã ſentẽtiã intimo corde cuſtodiens
quã galathis denũciauerat dicẽs:ecce ego paulus
dico vobis q͛ ſi circũdamini chriſtus vobis nihil ꝓ
derit:in thimothei tamẽ circũciſione imaginẽ quo
dãmodo iudayce ſuperſtitiõis aſſũpſit. Et rurſus.
Ubi factus ẽ eis qui ſub lege erãt tanq̃ ſub lege eſ
ſet. Nempe ibi vbi Jacobus omneſq ſeniores ec
cleſie formidãtes ne i eũ illa irrueret iudeo℞ credẽ
tiũ imo chriſtiano℞ iudaiʒãtiũ multitudo q̃ ita
fideʒ chriſti receperat vt adhuc ritu cerimoniarũ le
galiũ teneret:diſcrimini eius hoc ↄſilio ac pſuaſio
ne ſuccurrerũt dicẽtes. Uides frat quot milia ſint
in iudeis q crediderũt:⁊ hi omnes emulatores le
gis ſunt. Audierũt autẽ de te quia diſceſſionẽ doce
as a moiſe eo℞ qui per gẽtes ſũt iudeo℞:dicẽs nõ
debere eos circũcidere filios ſuos. Et infra. Hoc
ergo fac qd tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor
votũ habẽtes ſuper ſe. His aſſumptis ſanctifica te
cũ illis:⁊ ipende in illis vt radant capita ⁊ ſcient
omnes quoniã ea que de te audierũt falſa ſunt: ſed
ambulas ⁊ ipſe cuſtodiẽs legeʒ. Et ita pro illo℞ q
ſub lege erãt ſalute illã pauliſper diſtrictiõnẽ ſenten
tie ſue calcãs:qua dixerat. ego eni p legeʒ legi mor
tuus ſũ vt deo viuã:caput radere:purificari ſʒ le
gẽ:atq in tẽplo moſayco ritu vota offerre cõpellit.
Queris etiã vbi ꝓ ſalute eo℞ qui legẽ dñi penitus
ignorabãt:tanq̃ ⁊ ipſe ſine lege eẽt effectus ſit ſine le
ge. In athenieſi vrbe vbi gentiliũ vigebat ipietas:
quo vſus ſit ꝑdicatiõis exordio attẽde. Preteriẽs
inqt vidi ſimulachra vr̃a ⁊ arã i qua erat ſcriptũ.
Ignoto deo. Cũq de eo℞ ſupſtitiõe ſmonẽ fuiſſet
ordit⁹:tanq̃ ſi ⁊ ipſe ſine lege eſſet ſub occaſiõe ꝓpha
ni illius tituli fidẽ chriſti itulit dicẽs. Qd ergo vos
ignorãtes colitis:hoc ego ãnũcio vobis. Et poſt
pauca velut ſi diuie legis penit⁹ eẽt ignarus gẽtilis
poete verſũ poti⁹ q̃ moiſi aut chriſti maluit ꝓferre
ſentẽtiã:⁊ ſicut qdã ingens vr̃m poetarũ dixerunt:
ipſi⁹ eni ⁊ gen⁹ ſumus. Cũ itaq ſuis eos q̃ refutare
ñ poſſẽt teſtimonijs fuiſſet aggreſſus:ita de falſis ve
ra ↄfirmãs ſubdidit dicẽs. Gen⁹ ergo cũ ſim⁹ dei:
nõ debem⁹ eſtimare auro vel argẽto aut lapidibus
ſculpture artis ⁊ cogitatõi hois diuinitatẽ eẽ ſimilẽ.
Infirmis aũt iſirm⁹ effect⁹ ẽ:cũ ſʒ idulgẽtiã ñ ſʒ ipe
riũ his q ſe ↄtiere nõ poterãt i idipſũ redire ↄceſſit:
ſiue cũ lacte ñ eſca corithios potãs i iſirmitate ⁊ tio
re ⁊ tremore mlto apd eos fuiſſe ſe dicit. Oĩa aũt
oĩb⁹ factus ẽ vt oẽs faceret ſaluos cũ dicit. Qui
mãducat nõ mãducatẽ nõ ſpernat:⁊ q nõ mãducat
mãducatẽ nõ iudicet:⁊ q matrimonio iũgit vgineʒ
ſuã benefacit:⁊ q nõ iũgit melius facit. Et alibi qs
inqt iſirmatur ⁊ ego nõ iſirmor. quis ſcãdalizatur ⁊
ego nõ vror. Atq hoc modo illud qd corĩthijs ꝑce
perat adimpleuit dicens. Sine offenſione eſtote iu
deis ⁊ grecis ⁊ eccleſie chriſti:ſicut ⁊ ego p oĩa oib⁹
placeo:nõ q̃rens qd mihi vtile ẽ ſʒ qd multis vt ſal
ui fiãt. Utile eni ſine dubio ſibi fuerat thimotheum
nõ circũcidere:caput nõ radere:purificationẽ iudai
cã nõ aſſumere:nudipedalia nõ exercere:vota lega
lia nõ offerre:ſʒ facit hec omnia dũ illo℞ ſaluti pſe
ↄſulit:q͛ nõ querit qd ſibi vtile ẽ ſʒ qd multis vt ſal
ui fiant. Qd quãuis cõtẽplatiõe dei ſit factũ:tamen
ſimulatione nõ caruit. Qui ei p legẽ chriſti legi mor
tuus fuerat vt deo viueret:quiq illaʒ iuſtitiã legis i
qua cõuerſatus fuerat ſine querela detrimentũ fece
rat:⁊ arbitrabat vt ſtercora vt chriſtũ lucrifaceret.
ea que legis erant vero cordis affectu offerre nõ po
tuit:nec fas eſt credi euʒ qui dixerat:ſi eniʒ q̃ deſtru
xi hec iterũ reedifico:preuaricatorẽ me cõſtituo:in
id incidere qd ipſe damnauerat. Et intantũ nõ ma
gis res ipſa que geritur q̃ gerẽtis penſatur affect⁹.
vt econtrario quibuſdã reperiatur veritas nocuiſ
ſe ⁊ profuiſſe mendaciũ. Nã doech idumeus regi
ſauli de fuga dauid corã famulis cõquerenti ac dicẽ
ti nunquid oĩbus vobis dabit filius ieſſe agros ⁊
vineas ⁊ vniuerſos vos faciet tribunos ⁊ centurio
nes:quoniã cõiuraſtis omnes aduerſus me. ⁊ nõ ẽ
qui mihi renũciet quid niſi verũ prodidit dicens.
Uidi filiũ ieſſe in nobe apud achymelech ſacerdo
tẽ:qui conſuluit pro eo dñm ⁊ cibaria dedit ei:ſed ⁊
gladiũ Goliath philiſtei dedit ei. Pro qua veri
tate eradicari de terra viuentiũ meruit:ac de eo di
citur per prophetã. Propterea deus deſtruet te in
fineʒ:euellet te:⁊ emigrabit te de tabernaculo:⁊ ra
diceʒ tuã de terra viuentiũ. Ex illa igitur terra hic
pro indicio veritatis perpetua eradicatiõe conuel
litur:in qua raab meretrix pro mendacio cum ſua
cognatione plantatur. Sicut etiam ſampſon illam
diu ocultatam mendacio veritateʒ:impie coniugi p
niciofiſſime prodidiſſe reminiſcimur:cui propterea
deceptionem intulit veritas inconſultiſſime pa

refacta: quia illud mandatum propheticũ custodi re neglexit. Ab ea q̃ dormit i sinu tuo custodi clau stra oris tui.

❡ An interrogantibus occultã cõtinẽtiã sine mẽ dacio oporteat propalari. ⁊ an suscipienda sint que semel fuerint recusata. Ca. xxi.

Ut exẽpla quedã d̃ nr̃is quoq̃ ieuitabili bus ac pene quotidianis necessitatib⁹ p̃fe ramus. quas quãtalibet obsuãtia nũq̃ ita possum⁹ p̃cauere vt nõ vel iuiti vel volentes coga mur i eas icurrere. Quid q̃so faciẽdũ ẽ cũ refectio nẽ p̃crastinare disponẽtib⁹ nobis vtrũ refecerimus ad vesperã frater adueniẽs pcũctatur. celãdũ ne ie iuniũ est. ⁊ virtus parsimõie ptegẽda an vitat̃ p̃ fessiõe p̃dẽda. Si celam⁹ vt dominico satisfaciam⁹ iperio quo dicit̃. nõ videaris hominib⁹ ieiunãs sed patri tuo q ẽ i abscõdito. ⁊ iterũ. nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. p̃fecto mẽtimur. Si vtutẽ cõ tinẽtie p̃palam⁹. euãgelica nos sẽtẽtia iure pcellet. Amẽ dico vobis receperũt mercedẽ suã. Quid si oblatũ a fratre q̃spiã poculũ cũ definitiõe renuerit. absolute accepturũ se esse denegãs. qd ille gaudens aduẽtu eius supplicit̃ vt sumat exorat. Rectũ ne est vt fr̃i ad genua p̃uoluto. i terrãq̃ p̃strato. q nõ nisi his officijs viscera charitat̃ expleturũ esse se credit. etiã cũ labore suo pareat. an in sermonis sui atq̃ p̃ positi pertinacia perseueret.

❡ Obiectio q̃ oporteat qdẽ abscõdi p̃tinẽtiã sed suscipi recusata nõ debeãt. Ca. xxij.

Erman⁹. In illo quidẽ superiore exẽplo dubiũ vt credim⁹ nõ ẽ qui expediat abscõ di cõtinẽtiã nostrã poti⁹ q̃ percõtãtib⁹ p̃ di. ac sup huiuscemodi causis nos quoq̃ fatemur i euitabile eẽ mẽdaciũ. In secũdo aũt nulla nobis in cũbit necessitas mentiẽdi. Primũ q̃ possumus ea que fratrũ ministerio porrigũtur ita renuere vt nul lo nos definitiõis vĩculo colligem⁹. deide q̃ semel renuẽtes possum⁹ imobilẽ tenere sententiã.

❡ Responsio q̃ irrationabilis sit huius diffinitio nis pertinacia. Ca. xxiij.

Oseph. Has definitiões illoꝝ mõasterio ruz esse nõ dubiũ est. i qbus renũciatiõis vestre vt dicitis rudimẽta formata sũt. quo ruz p̃ncipes frm̃ refectiõi suas assolẽt p̃põere volũ tates ⁊ obstinatissime id qd semel mẽte cõceperint exequũtur. Ceterũ seniores nostri quoꝝ fidei apo stolicaruz signa virtutũ testimoniũ reddiderũt. q̃q̃ vniuersa iudicio potius ac discretõe sp̃us q̃ rigida animi obstinatiõe gesserũt. eos q alienis ifirmitati bus acquiescerẽt. multo vberiores fruct⁹ q̃ eos q i suis definitionib⁹ pdurarẽt. capere cẽsuerũt. subli mioris q̃ p̃nũciauerũt eẽ virtutis. cõtegere potius cõtinẽtiã necessario hoc vt dictuz ẽ humiliq̃ mẽda cio q̃ patefacere superbo veritatis indicio.

❡ Quomodo abbas piamon suã cõtinẽtiã celare maluerit. Ca. xxiiij.

Eniq̃ abbas piamon post viginti ⁊ q̃nq̃ annos oblatam sibi a quodam fratre vuaz ac vinuz absq̃ hesitatione suscipiens. confestim ea que ingesta fuerant contra consuetudinem degustare q̃ ignote cũctis cõtinẽtie maluit p̃palare virtutẽ. Nã si illud quoq̃ cõsiderare velim⁹ qd seniores nostros icũctã ter fecisse meminim⁹. q mirabilia vtutũ suarũ. vel p̃ prios actus quos necesse erat ad istructionẽ iunio rũ i collatiõe p̃ferri. sub alioꝝ solebãt colorare p̃so nis. qd aliđ possum⁹ q̃ apertũ sup his iudicare mẽ daciũ. Atq̃ vtinã nos quoq̃ dignũ aliquid habere mus: qd ad icitandã fidẽ p̃poni iuniorib⁹ posset: p̃ fecto minime vereremur huiuscemodi illoꝝ figmen ta sectari. Recti⁹ enĩ ẽ sub talis figure colore mẽtiri: q̃ p̃ obseruãtia irrationabili istius veritat̃: aut ea q̃ audiẽtes edificare poterãt incõgrua taciturnitate ptegere: aut si ex nr̃a p̃sona veraciter p̃ferãtur iactã tiã noxie vanitat̃ icurrere. Ad qd etiã nos magiste rio suo doctor gẽtiũ euidẽter istituit: q reuelationuz suarũ magnitudinẽ ex alteri⁹ maluit p̃ferre p̃sõa di cẽs. Scio hominẽ i christo: siue i corpore siue extra corp⁹ nescio: de⁹ scit: raptũ vsq̃ ad tertiũ celũ: ⁊ scio huiusmodi hominẽ quia raptus est i paradisũ ⁊ au diuit ineffabilia v̓ba q̃ nõ licet homini loqui.

❡ Testimonia scripturarum de cõmutatis defini tionibus. Ca. xxv.

Mpossibile nobis ẽ. breuit̃ vniuersa pcur rere Quis eteni enũerar̃ sufficiat oẽs p̃pe modũ patriarchas sãctosq̃ inumerabiles: alios p̃ vite tutamie. alios p̃ bñdictiõis desiderio: alios p̃ misericordia: alios p̃ alicui⁹ occl̃tatõe myste rij: alios p̃ zelo dei: alios p̃ examiatõe v̓itatis. patro ciniũ vt ita dixeri assũpsisse mẽdacij. Que sicut enu merari cũcta nõ possũt: ita pretermitti penitus vni uersa nõ debent. Naz beatuz ioseph pietas cõpulit vt falsuz fratrib⁹ crimẽ ẽt cũ obtestatiõe regie salut̃ ipingeret dicens. Exploratores estis: ifirmiora ter re venistis inspicere. Et infra Mittite iquit ex ve stris vnũ ⁊ adducite fratrẽ vestrũ huc: vos aũt cu stodiemini hic vsq̃ duz manifesta fiãt verba vestra an verũ dicatis an nõ: sin aũt: per salutẽ pharaonis exploratores estis. Si eniz nõ eos hoc misericordi mendacio terruisset: nec patrem fratrẽq̃ reuisere: nec eos in tantis inopie periculis alere: nec cõscien tiaz postremo fratrũ a reatu venditionis sue expur gare potuisset. Nõ ergo tã reprehẽsibile fuit metuz fratribus incussisse mendacio: q̃ sanctũ atq̃ lauda bile occasione ficti periculi inimicos ac venditores suos ad salutarez pniaz cõpulisse. Deniq̃ cuz gra uissime insimulatiõis vrgerẽtur iuidia: nõ illius qd falso obijciebatur. s; anterioris criminis cõscientia frangebantur dicentes ad inuicez. Merito hec pa timur quia peccauimus in fratrem nostrum: quia despeximus tribulationem anime eius cum roga ret nos ⁊ non audiremus eum: propter hoc venit nobis omnis tribulatio hec. Que quidem confes sio nõ solum apud fratrem in quez impia crudeli tate peccauerant: verum etiam apud deum humi

